Incipit scđs metheororum.



Ema

ri aūt τc̄. Postq pħs in primo libro determinauit de impressionibus ignitꝭ q̄ generant ex exalatiōe calida τ sicca: τ d humidis

que generant ex vapore humido et calido: consequenter determinat in hoc scdo de his que generant ex exalatione calida et sicca al teri immixta. s. vel aque vt est in mari: vel aeri vt est in vento: vel terre vt est in terremotu: vel nubibus vt est in tonitruo. Et primo determinat de maris generatione vel corruptione plures opiniones antiquorum adducendo: circa quas non est immorandum. Certum enim est ex sacra scriptura mare a principio mundi secundum se totum fuisse a deo productum vt habet Gen. j. Corrumpit tamen et generatur continue secundum partes: vt dictum est in fine scdi de generatione. Est etiam mare secundum naturalem eius dispositionem purum: tamen vt disponit per actionem nature vniuersalis et corporum celestium: habet exalationes terrestres admixtas: hoc autem non impedit quin sit principium fluminum a quo oriunt et ad quod refluunt: vt dictum est.


¶ Et si dicat quod tunc mare deberet augeri in immensum per ingressum fluminum: Negetur consequentia: quia ipsum mare continue per virtutem corporum celestium euaporat: ita quod illud quod est subtile et potabile eleuat sursum: et quod est grossum et terrestre relinquit deorsum. ¶ Tractat consequenter de salsedine quomodo sic causat. Nam per calorem solis et aliorum astrorum cum euaporationibus humidis eleuant plurime exalationes terrestres et aduste quam per pluuias descendentes in mare permixte: quod cum humido aqueo faciunt salsedinem in aqua maris. Siccum enim adustum humido admixtum causat salsedinem vt patet in lixinio sudore et vrina secum trahentes aliquas partes terrestres: vt de vrina residente in vrinali pot videri. Causat etiam salsedo maris ex permixtione exalationum calidarum a fundo maris cum aqua permixtarum. Quod autem permixtio exalationum calidarum sit causa salsedinis maris: ostendit Aristo. per multa signa. Primum signum est quod mare versus austrum est magis salsum: quia per calorem solis ibi plures eleuatur exalationes iterum descendendo in mare. Secundum signum est quod aqua maris est calidior alijs aquis: et hoc est propter permixtionem exalationum prius calefactarum. Tertium signum est quod si quis vas cereum vndique clausum in mare posuerit: aque que per poros cere ingrediunt dulces erunt et potabiles: et hoc est signum quod terrestreitates que per huiusmodi poros ingredi non possunt faciunt in aqua salsedinem. Aliud est signum quod aqua maris grossior est alijs aquis: et ideo maius pondus portat. Non sic autem salsi sunt fontes et fluuij: quia cum sint stricti et angusti: ideo in ipsos non possunt cadere tot exalationes quot cadunt in mare. Item quia generant intra terram: ideo aque dulces noue et potabiles continue ab origine fontium et fluuiorum procedunt que impediunt salsedinem. Sunt tamen aliqui fontes et fluuij salsi diuersosque colores et sapores habentes. Cuius ratio est: quia per virtutem et influxum corporum celestium infra terram generantur multe exalationes: que quandoque inflamant et inflamant quasdam partes terre: et ideo aque fluuiales et fontales per huiusmodi loca transeuntes diuersos colores et sapores contrahunt: ob hoc reperiunt aliqui fontes calidi alij salsi alij acetosi alij amari.

¶ Et sciendum quod maria sunt in multiplici differentia. Quoddam enim est mare magnum quod dicit oceanum et totam circuit terram. Alia sunt maria mediterranea que in aliqua sui parte coniungunt cum oceano et nominant secundum varietatem locorum in quibus sunt inter que mare oceanus ingredit per angustum introitum marrochij versus hispaniam dicit magnum per comparationem ad alia. Et quidem ab occasu fluens in meridiem vergit: ac deinde vsque ad orientem per mediam terram diffundit: aziam: africam et europam terminans: que tres partes orbis a filijs noe post diluuium diuise fuerunt et inhabitate: inter quos sem cum posteritate sua aziam quasi medietatem terre habitabilis versus orientem continet possedit. Japhet autem europam: que a septentrione vsque ad occidentem pertingit. Cham vero affricam ab occidente per meridiem se extendit. ¶ Notandum insuper quod luna habet influxum specialem super humida vt patet in conchis et ostreis que sunt meliores in plenilunio quam in lune decremento. Hinc est quod ipsa luna per suam influentiam que deriuat in hec inferiora mediantibus suis radijs luminosis est causa fluxus et refluxus maris: vnde cum luna ascendit a

parte orientis sup orizontē vbi est mare: tunc incipit mare fluere quousqꝫ perueniat ad punctū meridiei. Sed quādo luna declinat a puncto meridiei refluit quousqꝫ perueniat ad punctū occidētis. Et quādo recedit a puncto occidentis: iterū fluit quousqꝫ perueniat ad angulū noctis qui opponitur puncto meridiei. Sed qñ declinat ab angulo noctis iterū refluit quousqꝫ perueniat ad punctū orientis. Ratio huius assignatur a quibusdam q radij lune per quos respicit mare cū cōcurrūt medio densiori franguntur ad perpendicularē lineam: ideo secundum q luna magis ac magis accedit ad lineam perpendicularem que supponitur puncto meridiei radij eius magis vniuntur et fortificantur: et per consequēs magis cōtinue rarefaciūt aquā maris disgregando et rarefaciēdo terrestreitates aque admixtas: ideo aqua sic rarefacta ebulit vndiqꝫ et defluit. Sic qñ luna recedit a pūcto meridiei: tūc continue radij magis ac magis declinātur a perpendiculari et cōtinue debilitantur: et sic iterū refluit mare quousqꝫ luna perueniat ad punctum occidētis. Similiter post recessum lune a pūcto occidētis mare incipit cōtinue defluere quousqꝫ perueniat ad angulū noctis. Et per recessum ab angulo noctis mare iterum incipit refluere. Si velis videre quid super his sentiat Sco. vide. xiiij. di. scdi sen.

Capitulum. II.

De spiritibus &c. Postq̄ Aristo. determinauit de mari. hic pñr determinat de spiritibus seu vētis q̄ dicuntur venti a vehementia motus. Est aūt ventus secundum Aristo. multitudo sicce exalatiōis terrestris mote circa terrā. Per calorē nāqꝫ solis et aliorum astrorum eleuatur exalatio calida et sicca: nō inflāmata a corpibus terrestribus vsqꝫ ad mediam regionē aeris q̄ a frigiditate medie regionis repercutitur inferius. Et qr talis exalatio leuis est tendit sursum et nititur ascēdere: ideo propter diuersitatē illorum principiorū mouētiū mouetur localiter: et hoc dimittendo latus vbi sibi obuiat maius repellēs ad oppositā partē tēdēdo. Sic eciā obuiat excellens frigidū a parte aquilonari: a parte vero australi excessiuū calidū. Nō est aūt talis inflāmatio exalabilis ratiōe humiditatis aquee admixte. Vñ dicit Aristo. q vbi plurimā aquam terra suscipit: hic plurimā necessario fieri exalationem: sili modo vt ex viridibus lignis fumū Exalatio autē hec ventus est. Sicut aūt pluuia causatur ex exalatione humida: sic ventus ex exalatione sicca. Et sic quando plus abundant exalationes vaporose fit pluuiarum multiplicatio. Cum vero magis vigent sicce et fumose generātur venti. Et quis nō sit humidum sine sicco nec siccum sine humido vt dicit Aristo. exalationes tamē dicuntur humide vel sicce secundum illud in quo excedunt. Fuit autem quorundam opinio q ventus nihil aliud erat nisi aer cōmotus: que opinio improbatur ab Aristotele. Cum enim aer sit humidus: ventus vero siccus: vnde per ipsum desiccantur madefacta: sequitur q ventus non erit aer: licet cū cōmotione ventorum aeris cōmotio. ¶ Dicit etiam Aristoteles q sol est causa generationis et cessationis ventorum: licet diuersimode. est enim causa generatiōis ipsorum terram mediocriter: scilicet calefaciendo et deinde fumos sursum eleuando. Sed est causa cessationis per calorē excessiuum exalatiōes eleuatas disgregando et consumendo: ac etiam terram sic adurendo vt exalare non valeat. Non eciā sol trahit humorem a terra solum: sed etiā ipsam desiccat: sic q in terra est multus ignis et multus calor per influxum solis et aliorum astrorum generatus vt dicit Aristo. Magne etiā pluuie faciunt cessare vētos: opilando poros terre et materiā venti prescindendo: que iterum per calorem solis eleuantur ac vapores resurgunt. licet autem ventus sit exalatio calida et sicca: diuersi tamē vēti varias qualitates accidentales trahunt ex locis a quibus et per que flant: sicut boreas est frigidissimus: quia flat a loco frigidiori. ¶ Ponit quoqꝫ Aristo. xij. ventos quorum quattuor sunt principales correspondētes quattuor regionibus mundi scilicet orienti occidenti septentrioni et meri-



diei. Et quilibet horum habet collaterales duos. Est aūt regio orientalis cū suis ventis calida ꝛ sicca ꝯueniēs cū colera cū estate cū iuuentute ꝛ cum igne in qualitatib⁹ hmōi: quia omnia ista sunt calida et sicca. Regio autem occidentalis cum suis ventis est frigida et humida: in hoc cōueniēs cum aqua cum flegmate cum hyeme cum senectute. Septentrionalis regio cum suis ventis est frigida et sicca et conuenit cū autumno: cum terra: cum melancolia et cum senio seu vltima etate. Australis vero regio cum ventis suis est calida ꝛ humida conueniens cum sanguine: cum vere: cum aere: cum adolescentia. Sunt autem quattuor venti principales scilicet subsolanus: zephirus: boreas et auster. Subsolanus flat ab oriēte equinoctiali: in q̄ scȝ sol oritur dum est in libra vel in ariete. Unde dicit̄ subsolan⁹ eo ꝙ sub solis ortu oriatur Et habet duos vētos collaterales scȝ vulturnū qui flat ab oriente estiuali; vbi vides

licet sol oritur dum est in cancro: ⁊ dicitur vulturnus sm̄ aliquos eo ꝙ valde sonat: sm̄ alios aũt eo ꝙ vultui nocet: habet etiam eurum qui flat ab oriẽte hyemali: vbi scꝫ sol oritur dum est in capricorno: ⁊ dicitur eurus quasi eous: id est orientalis.
¶ Secundus ventus principalis ē zephirus qui oritur in occidẽte equinocciali oppositus subsolano: ⁊ dr̄ zephirus eo ꝙ flores ⁊ gramina eius flatu viuificant: ⁊ habet duos collaterales scꝫ fauoniũ qui orit̄ in occidente hyemali: ⁊ dicitur fauonius: quia fouet terre nascentia. habet etiã chorum qui ab occidente estiuo flat. ⁊ dicitur chorus quasi ventorum chorũ faciẽs ipoꝝ circulum claudẽdo. ¶ Tertius principalis est boreas dictus: sic eo ꝙ a borcis partibus flat: et dicitur septẽtrionalis: qꝛ sub circulo septem stellarum polum circũeuntium oritur: hic habet circium a parte occidẽtali: ⁊ dicitur circius quasi circa chorum: quia scꝫ est choro cõiunctus. A parte vero orientali habet aquilonem qui dicitur quasi aquas ligans. Cum eñi sit gelidus ventus ⁊ siccus aquas stringit et pluuias dissipat: poros terre cõstringendo ne possit euaporare: ⁊ ideo aereꝫ depurat ab scindendo materiam pluuie. ¶ Notãduꝫ tamen ꝙ a quibusdam ponitur aquilo vẽtus septẽtrionalis: et boreas eius collateralis: que variatio nominũ habet ortuꝫ a conueniẽtia ⁊ propinqͥtate huiusmodi vẽtorum: Sic fauonius a quibusdã ponitur ventus principalis: ⁊ zephirus eius collateralis. ¶ Quartus ventus principalis ē auster oppositus vento boreali seu septentrionali: et dicitur auster quasi hauriens aq̄s: hic eñi nebulaꝫ nutrit: aerẽ corrũpit ⁊ pestẽ gignit: Calore eñi suo facit euaporare nãle calidũ ⁊ sic subintrat calidũ aerꝭ corruptũ. hic habet affricum a parte occidentali qui sumit nomen ab affrica regiõe a qua initiũ flandi sumit. A parte vero oriẽtali habet nothũ qui euro austro dicit̄: qꝛ ex vna parte habet eurum ⁊ ex alia habet austrum. ¶ Et sciendum ꝙ licet vẽti boreales flent a polo artico: non tamen tenduntur vsqꝫ ad polum antarticum: nõ eñi possunt transire tropicũ cancri propter nimium calorem existentẽ inter duos tropicos. Sic ventus genitus sub polo antartico nõ potest ad nos peruenire: quia consumitur a calore torride zone existente inter duos tropicos. Quapropter vt dici Aristo. auster in nostra terra habitabili flans a parte meridionali: non flat a polo antartico nec a tropico hyemali: sed a tropico estiuali. ¶ Sciendum insuper ꝙ licꝫ plures venti possint insimul flare: non tamen venti oppositi sm̄ lineam diametralẽ: vnꝰ enim alium vel impediret vel totaliter exterminaret. ¶ Item sciendum ꝙ aliquãdo materia venti resoluitur in aereꝫ: quia enim multũ dispergitur debilitat̄: ⁊ sic ab aere circũstante in aerem cõuertitur. Aliquando etiam propter vapores humidos abundantes cum eis alteratur: ⁊ totuꝫ in aquam conuertitur. Potest etiam resolui in terrã sicut vapores humidi in aquã.

Capitulum. III.

De agitatione ⁊ cẽ. hic Aristo. determinat d̄ terre motu: qui sm̄ ipm̄ generatur ex vento incluso in visceribus terre: qui ibidem impetuose mouetur sicut mouet̄ ventus in aere: ⁊ querens exitũ continue fortificatur p̄ antiparistasim. s. per frigidũ circũstans. Et quia exire non valet suo impetu causat terremotũ. Licet nãqꝫ terra sit naturaliter sicca: habet tamen ipsa in se multam humiditatem ratione imbrium et pluuiarũ in ipsa receptaruꝫ: ita ꝙ possunt per calorem solis multe exalatiões ex ipsa generari: nõ solum ad extra sed etiã ad intra in cõcauitatibus eius mediante calore et igne in ipso incluso. Hec auteꝫ exalatio quãdoqꝫ exit per poros terre: ⁊ tũc in aere facit magnos ventos: quãdoqꝫ vero non valet exire: et tunc facit terremotum.
¶ Est autẽ duplex causa quare hmõi exalatio nõ valet terram exire: vna est: qꝛ nõ est satis subtilis sed grossa. Alia est: quia vbi talis exalatio est subtilis: licꝫ terra sit ab intra porosa ⁊ spongiosa: est tñ ab extra dura et compacta cuiusmodi est terra saxo

sa: et sic exalatio non valet exire: vnde vbi terra est rara et porosa intra et extra: nõ fit cõmuniter terremotus. ¶ Q3 autẽ terremotus generetur ex exalatiõe ventosa declarat Aristo. per multa signa: quorũ vnũ est q terremotus maxime fiunt tpe tranquillo: quod est signum q exalatiões que sunt materia ventorum sunt tũc intra terram vbi sunt principium motus eius. Aliud signum est: quia in animalibus ex modico spiritu causatur pulsus et tremor mẽbrorum et totius corporis. Non ẽ ergo mirum si multi spiritus in terra inclusi possint ipsum mouere fm aliquã eius partẽ. Ad hoc cõfert q ventus impetuosus euellit arbores et subuertit edificia ¶ Durat autem terremotus aliquãdo per .xl. dies in vna regione et quãdoq per vnum vel p duos annos. Cuius ratio est magnitudo exalationum in terra inclusarum. Causat quoq sonus in terra ante terremotum ratione motus exalationis contra terrã hinc inde agitate: ipamq terram suo calore cõburentis et incinerãtis: sicut causat ex aere verberato vel percusso ad aliud corpus. Fit etiã terremotus fm Aristo. aliquando in latũ: et sic vocatur tremor. Aliquando vo per eleuationem terre sursum: et sic dicitur pulsus. Unde recitat Aristoteles de quodam terremotu tempore suo facto in quo pars terre intumuit et ascendit velut collis moles terre: qua tandem rupta exiuit multus ventus: qui flãmam et cinerem eleuans quandam ciuitatem propinquam penitus incinerauit.

Capitulum. II.


De coruscatõe etc. Hic determinat Aristo de tonitruo. Ad cuius euidẽtiã presupponit q ab istis inferioribus eleua ur duplex exalatio. s. calida et sicca: et calida et humida: que quidẽ exalationes simul eleuari possunt: ita q ex eis vna põt fieri consistentia que põt eleuari vsq ad mediã regionẽ aeris: vbi illud qð est frigidũ et humidũ ꝯdensat et ꝯuertit in nubẽ extensam admodũ cuiusdã pellicule circa calidum et siccũ: et tũc exalatio calida et sicca fortificat p antiparistasim et inflãmat: et fugiendo hincinde nubẽ frigidam exitũq petendo percutit ad latera nubis: et demũ nubes i aliqua sui parte frangitur: et sic apparet illa inflãmatio que choruscatio dicit. Sonus vero causatus ex violenta percussiõe illius exalationis ad latera nubis: et ex nubis fractione dicitur tonitruum. Quãdo q etiam exalatio illa in exitu obuiat alteri nubi multum aquose: et ibi extinguitur: in qua extinctione causatur sonus. Exemplum huius patet in ferro ignito posito in aqua. Licet autẽ tonitruum sit prius choruscatione: prius tamen apparet choruscatio q̃ audiatur tonitruum: quia visus anticipat auditũ. Causatur vo varietas tonitrui fm diuersam dispositionem nubis et etiam exalationis. Nam quanto nubes est densior tanto maior requiritur percussio et maior exalatio ad hoc q frangatur: ideo faciunt maiorem sonũ. ¶ Sicut aũt aliquid mixtum ex sicco et humido ita põt indurari mediante calore vt ex ipso fiat lapis vt patet in tegulis. Sic etiã ex illa cõsistentia exalationis sicce et humide quandoq per calorem causatur lapis qui dicit fulmen seu cuneus fulminis: et qui in parte anteriori est acutus quia illud qð ẽ subtilius antecedit propter velocitatem motus. Quia enim consistentia nubis ẽ maior et fortior in superiore parte ratione frigiditatis ipsum cõdensantis: ideo in inferiori parte que est debilior frangit nubes et sic fulmen a superiori parte nubis impetuose ad terram ꝓpellitur. Sumit etiam fulmen ex exalatiõe sicca et inflãmata que ab ipsa nube frigida ꝓpellitur ad terrã: corpora super que morã trahit adurẽdo. Exurit nãq hominẽ sine lesione vestis: et frangit gladiũ sine lesione vagine. Cuius ratio est vt dicit Aristo. quia talis exalatio propter eius subtilitatem et motus velocitatem corpora rara preuenit: pertransiens ante q̃ igniat. per oppositũ vo corpora densiora sibi resistentia super q̃ moram facit exurit atq denigrat.

Explicit scðs metheorou.

Incipit tertius metheoroꝝ.




E halo
rc. Postq̄ Arist.
determinauit d' to
nitruo: hic det'mi
nat de halo et iri-
de q̄ videnť de sur
sum: et causanť ex
ꝯmixtione luci cū
vapore. ¶ Ad cu-
ius euidentiā sciendū q radius visualis ē
lumē directe multiplicatū a corꝑe lucido
ꝑ aliqd mediū: ꝛ multiplicať tale lumē in
medio subito: quia mediū est in potētia vl
timo disposita ad susceptionē luminis: nec
lumen in eo repperit ꝯtrariū. Sicut autē
lumē qd est species lucis dr radius visual
corꝑis luminosi seu lucidi: sic etiā species
visibilis corporis colorati illuminati ī di-
rectum multiplicatur. dr radius visualis
Sunt q̄ȝ linee radiose naturales ſm ꝑspe-
ctiuā sicut ꝛ species lucis vel coloris radi-
ose multiplicate. Corꝑa tn̄ lumiosa princi
paliter dicunť radiare: q2 radij eorū cete-
ra illustrāt: p̄cipue sol cui⁹ radij sunt sen-
sibiles. Est autē ꝓꝑetas lucis vel coloris
diffundere se orbiculariter: ita q a quoli-
bet pūcto corꝑis illumiāti vel lucidi ī quo
libet pūcto medij existētis infra sperā acti
uitatis ipsi⁹ corꝑis multiplicať: nisi sit cor
pus opacū impediēs. ¶ Diuidiť aūt radi
us visualis dupliciť. Uno mō ꝑ radiū ꝑ-
pendicularē ꝛ obliquū alac'ē in sua ꝑspecti
ua. Perpēdicularis dr qui cadens sup ali
quē lineam vel supficiē relinquit ex vtra-
q3 parte duos angulos rectos: et radi⁹ ob
liquus nō. Scd̄o diuidiť ꝑ radiū rectū si-
ue recte multiplicatum et radiū reflexum
seu fractū. Rectus radius est q̄ diffundiť
a luminoso in medio eiusdē diaphaneitatis
q̄tum durat virtus luminosi. Radius re-
flexus est ille q̄ occurrente corpore opaco
anteq̄ termineť virt⁹ actiua luminosi dif-
fundiť in partē oppositā resiliēdo .s. vsus
luminosum a q̄ ꝓcedit. Radi⁹ fract⁹ est q̄
occurrēte medio alteri⁹ diaphaneitatis nō
tn̄ omnino opaco multiplicať in isto medio
vlterius scȝ ꝓcedendo: nō tn̄ ſm lineā re
ctam sed incidit ibi angulus. Quādo aūt
occurrit mediū densius frangiť radi⁹ obli
quus accedendo ad radiū ꝑpendicularē.
Cuius ratio ē radius ꝑpendiculariter ca-
dens sup quodcūq3 mediū est fortissimus
in agendo: cū sit rectior ꝛ breuior: ꝛ iō nō
frangiť: q2 fortitudo sua nulli⁹ diaphanei
tatis obiectione hebetať. Cū ergo maior
diaphaneitas min⁹ resistāt luci faciliorq3
sit trāsitus ꝑ vnum mediū q̄ reliquum: et
trāsitus nō ꝑpēdicularis tāto sit debilior
q̄to a ꝑpendiculari remotior: ꝛ tanto for-
tior q̄nto ei ꝓpinquior ad agendū in medi
um dēsius: requiriť situs ꝓpinquior ꝑpē-
diculari radio: talis ē situs radij fracti ad
ꝑpendicularē: verbi gratia: a corpore lu-
minoso a. per aerē supra aquā cadit radi⁹
perpendicularis a. g. nec frangiť omnino
nec cadit oblique. a. c. que linea ꝓcederet
in b. si esset mediū simile: sed frangiť ver-
sus ꝑpendicularē. c. d. vt patet ī hac figu
ra. Dum aūt occurrit mediū rarius frāgi-
tur radius obliquus recedendo ꝓpter op
positam causam: quia ei medium subtilius
minus resistit: minor fortitudo cōgruit ra
dijs in ip̄m a medio densiori cadentibus.
verbi gratia sit luminosum. b. existens in
aqua a quo cadit. b. k. radius perpendicu
laris ꝛ. b. l. obliquus in aere. Dico q ip̄e
b. l. nō ꝓcedit directe in. o. nec frangitur
versus ꝑpendicularē. l. p. sed ab illa cadit
in. q. sicut patet in figura sequēti. ¶ Sci
endum vlterius q q̄cunq3 radius refle-
ctitur: oportet q angulus reflexiōis sit eq̄
lis angulo incidente et ecōuerso. Dicitur
autem angulus incidentie angulus causa
tus ex radio cadente super supficiem: et li
nea imaginata ibidem erigibili. Sed an-
gulus reflexionis est angulus causat⁹ ab
eadem linea reuerberata a superficie sup
quam cadit versus locū corporis lumino-
si siue colorati illuminati: quapropter ra-
dius ꝑpendiculariť cadēs vel totaliť tran
sit ꝑ medium vel reflectitur in seip̄m. Si
enī ꝑ aliam lineā reflecteretur ꝑ minorem
angulum resiliret: ꝛ sic non essent equales



anguli incidentie et reflexionis. Angulus vero obliq̄ cadēs ad partē aliā obliq̄ reflectitur. ¶ Notandum q̄ licet reflexio et refractio multū differant vt patet ex p̄dictis large tamen vnū sumitur p̄ reliquo. Unde Aristo. aliquādo vtitur nomine vnius pro nomīe alterius: refractionē quoq̄ cōcomitatur reflexio. Unde licet radius solis partim aquā ingrediatur et ibidem refrangatur: quia tū aqua nō est corp⁹ animo diaphonū: sed habet quandā densitatem: ideo q̄ntum ad sui nobiliorē puritatē reflectitur ab aqua. vt habet glosa p̄me p̄positionis secunde partis perspectiue pisani. ¶ Item sciendū q̄ ad hoc q̄ fiat reflexio sensibilis per quā fit representatio perfecta rei vidende oportet q̄ corpus a quo fit non sit asperum sed magis politum et tersum seu mundū. Partes enim asperi corporis nō habent cōformitatem adinuicem: ideo quelibet facit suam p̄priam reflexionem: et p̄pter hoc quasi dissipant totā speciem: ita q̄ nō potest integra ad oculū peruenire. Sed p̄pter equalitatē et lenitatē superficiei corporis politi: omnes partes cōcordant in vnam actionē: et ideo redit species vna integra vsq̄ ad oculū: et ideo fit visio manifesta: nō tamē ita perfecta sicut quādo oculus videt p̄ lineam rectā: q̄ reflexio omnis debilitat speciem: vt dicūt perspectiui. ¶ Ulterius dicendū fm Aristo. in hoc tertio q̄ aliquādo fit reflexio radij visualis ab aere: vel p̄pter eius ingrossationem vel p̄pter notabilem debilitatem visus: vt exemplificat de quodā qui semp̄ videbat faciem suam in aere: quia ex debilitate virtutis visiue nō poterat penetrare aerem sibi p̄pinquū: sicut potest facere virtus fortis. ¶ Ex predictis potest inferri q̄ radius visualis exit ab oculis sicut a corporibus: sed nō ita fortis: cū visus frangatur ab aere vel p̄pter ingrossationem aeris vel p̄pter notabilem visus debilitatem. ¶ Sed cōtra hoc arguit: q̄ in libro de sensu et sensato dicit Aristo. q̄ visio non fit extra mittēdo: sed intus suscipiēdo speciem obiecti visibilis. ¶ Ad hoc respōdetur vno mō q̄ ea que dicit hic Aristo. dicit fm cōmunem opinionē antiquo℞. In libro autē de sensu et sensato loquit fm p̄priam opinionem. Aliter ȳo respondetur ab alijs q̄ Aristo. in libro de sensu et sensato nō negat quādo fit emissio radij visualis ab oculis: sed impugnat hm̄oi emissionem esse causam principalē visionis: nō tū negat ipsam cōcomitari visionem. Impugnat enim hm̄oi radios esse corporales sicut ponebat empedocles. Quicq̄d sit de re p̄ma responsio est cōmunior. v. q̄ fortis fantasia quā habebat antiphon ꝟ figura sua erat causa vidēdi faciē suā in aere. ¶ His premissis videndum est quomodo

halo habet fieri. Ubi sciendū ꝙ halo gre
ce idē est qḋ corona latine. Est eñ quidā
circulus apparens circa lunā ꝛ solē: ꝛ cir
ca quedā alia astra: ꝛ causaꝛ ex vapore vni
formi nō multū denso existēte inter visum
nostrū ꝛ astꝝ. Radius eñ astri incidens
ꝑpendiculariter sup huiꝰ materiā cuȝ sit
fortissimus dissipat mediū vaporis: faciēs
ipsum fluere circulariter v̄sus partes ex-
tremales. Radij v̄o oblique super hunc
vaporē incidentes: fractiq̄ʒ ad radiū per-
pendicularē hunc vaporeȝ hincinde illu-
minant. Exemplū huius est: si lapis per-
pendiculariter cadat infra aquā: patȝ ad
sensum ꝙ ibi fiunt inundationes circula-
res. Videꝛ etiā halo habere colorē albuȝ
ratione luminis incidentis super illū va-
porē qui est rarus: ꝛ non multū condensa-
tus. Et sciendū quādo halo ingrossatur et
inspissaꝛ: tunc sequiꝛ pluuia: sed qñ mate-
ria eius segregaꝛ ꝛ rarefit: est signū sereni
tatis. Si v̄o rumpaꝛ ꝛ diuidaꝛ est signuȝ
flatus ventoꝝ.

COnsequēter vidē
dū est de iride. Circa qḋ sciendū
ꝙ iris causaꝛ ex reflexione radio
ruȝ solariū a nube rorida soli opposita exi
stente in ꝓpinqua dispositiōe ad pluuie ge
nerationem: qui quideȝ reflectunꝛ a nube
ſm tres ꝑiferias nubis ad oclos nostros
existentes inter solē ꝛ nubem. Potest eti
am causari a luna: sed nō nisi raro. Sunt
autē in iride tres fantasie siue apparentie
coloris ſm tres periferias seu semicircu-
los vel minores portiones circuli: ita ꝙ ī
superiori est color puniceus: in media vi-
ridis: ꝛ in infima alurgus. Qui quidem
causanꝛ ex varia reflexione radioruȝ solis
a nube densa soli opposita. Sicut eniȝ ex
varia mixtione causaꝝ coloris causanꝛ di
uersi medij colores: sic etiā per mixtioneȝ
nubis ꝛ luminis ſm diuersas reflexiones
apparent in iride diuersi colores. Unde
quāto ē maior reflexio radioꝝ solariū a nu
be: tāto apparet maior albedo: ꝛ fit maior
recessus a nigredine: ꝛ sic vbi apparet co-
lor puniceꝰ ī iride: maior ē reflexio ꝙ̄ vbi
apparet color viridis vel alurgꝰ: qꝛ puni
ceꝰ plꝰ accedit ad albedinē ꝙ̄ alij colores
Un̄ puniceus est color rubeus ad albedi-
nem tendens. Sed alurgus est color bla-
uius seu azureus tendens ad nigredinē.
Et viridis color medio modo se habet in-
ter puniceū ꝛ alurgū: ꝛ minꝰ accedit ad ni
gredinē ꝙ̄ alurgꝰ: ꝛ minꝰ ad albedinē ꝙ̄
puniceꝰ. Cū ḡ radiꝰ ꝑpendicularis sit for
tissimꝰ: sequiꝛ ꝙ ip̄e īcidēs directe supra
nubē ip̄aȝ penetrat: ꝛ ab ip̄a non reflectiꝛ
ad causandū apparētiā coloꝝ. Et qꝛ ī infe
riori arcu radij magis accedūt ad ꝑpēdi-
cularē ꝙ̄ radij incidētes ī supiori: iō sunt




fortiores ad penetrandū: et sic minus refle ctit de lumine ad oculū: quapropter appa ret ibi color alurgus qui accedit ad nigre dinē. Sed in superiori radij magis recedūt a ppendiculari: ideo modicū sufficiunt pe netrare nubē: et sic intensius reflectuntur ad oculum. Rōnabiliter ergo ibi apparet color puniceus tendēs ad albedinem. In medio autē arcu radij medio modo se ha bent: ita q partim penetrāt et partim re flectunt: ideo ibi debet apparere color me dius inter alios: et talis est viridis: et sic i iride apparent tres colores causati per re flectionē. Apparet etiā ibi quidā color p iuxta positionem viridis et punicei: qui ab Aristo. vocatur xanctos: qui ē color glau cus vel citrinus. Cum eñ oppositū iuxta oppositum magis relucent: rubeus color apparens iuxta viridē videt albior q sit. Ex hoc fit cū iris incipit dissolui: tunc eñ ppter nubis disgregationē color punice us marcescit: et declinat versus colorē sub albū vel glaucū. ¶ Notandū insup q quā do fiunt duo irides: inferior iris habet co lores p oppositū situatos ad colores supe rioris: q: color alurgus est superior: et pu niceus inferior. Cuius ratio est: quia superi or arcus inferioris iridis ppinquior ē loco vbi dominat radius directus i fortitudie: et ideo in ipso fit pauca reflexio quēadmo dū in inferiori arcu superioris iridis: i in feriori autē arcu inferioris fit plurima re flexio radiorū sicut i superiori arcu superi oris iridis. Apparent aūt superioris colo res iridis remissiores q inferioris: q: supe rior longius protenditur. Apparent vo duo irides quādo nubes ingrossata ē mul tū pfunda. ¶ Notandum insup q iris ap paret per modū semicirculi vl' maioris por tionis circuli. Quod sic declarat: q: cen trū iridis est pūctus quē tangit linea recta: pcedens a centro solis per centrū oculi. Vñ quādo iris apparet: semp vmbra cau sata ab homine vidente iridē, pijcit recte contra centrū iridis: sed punctus quē per cutit linea pdicta ē punctus in orizonte et in superficie terre: ergo supra terrā relinqui tur semicirculus: et hoc sole existēte in ori zonte: et nube opposita i occidente vel eco tra. Ex hoc sequit q quāto sol magis ele uabit supra orizontē: tanto minor appare bit iris. Et quantū eleuat linea recta trā siēs p centrū oculi in vna pte: tantū depri mit in alia: vt patet ad sensum. Ex hoc eti am patet q nunq centrū iridis eleuat vl tra circulū orizōtis. Sic eñ oporteret so lē deprimi sub orizonte. Oportet ergo q vel sit i orizōte: et sic iris apparet p modū semicirculi: vl' sub orizōte: et sic iris appet p modū portiōis minoris circuli. Nō eñ apparet de iride nisi quod est supra orizō tem. ¶ Quia vero in premissis facta est mentio de radijs visualibus corporum lu minosorū terminatis ad oculū: de eius dis positione aliqua breuiter dicā. Ut eñ ha bet. xxxj. ppositione pme partis pspecti ue. Primo in oculo est tunica cōseruatiua que est fortis ad retinendū totū oculum in dispositione sua intra quā est tunica que dicit cornea: quia cornu ē similis: que qui dē est diaphana vt sit speciebus puia. Intra istā autē est tunica que vuea dicit: que ni gra est ad vue similitudinē: et vt conserue tur in ea humor: in quo viget visus habēs in anteriori parte sua foramē circulare vt transeat p eā spēs intra quā ē humor al bugineus similis albugini oui. Intimus vo humor glacialis glaciei siis: qui diui dit in anteriorē et posteriorē: que subtilior est i anteriori pte: et he due circūdant tela quadā subtili que aranea dicit: similis te le aranee: cuius officiū ē humorē illū fluidū ptinere. ¶ Demū dicit Aris. i hoc tercio q sicut supra terrā: sic etiā ad intra gene rant quedā corpa ex vaporibus et exalatiōi bus in ea inclusis. Ex sicca eñ exalatiōe a dominio: q. s. ignit et diuersimode con sumit et exurit intra terrā virtute corpoꝝ celestiū generant fossibilia: vt lapides illi quabiles: vernix: sulphur et quidā pulue res terre defosse csi'es. Ex exalatiōe autē vaporosa seu humida a dominio a frigidi tate ptinētis diuersimode coagulata gene rant metalla: quoꝝ quedā dicūt fusibilia seu liqbilia: q. s. fundūt et liqfiūt: vt plum bū et stānū. Quedā vo ductilia: q. s. mal

leo ducūt: vt es ⁊ auꝝ. De hmōi aūt mīe ralibꝰ i q̄rto huiꝰ specialius determinat: q̄ cōiter nō legit. et ꝺ ipō ad pn̄s ꝯtrāseo

Finit liber Metheororum.

Incipit liber primꝰ de Aīa.



Onorū honorabilium ⁊c. Hic incipit liber ꝺ aīa: q̄ quidē dicit de aīa: nō ꝙ aīa sit ibi subiectū: sꝫ corpus aīatū. Nō eīm querunt i hoc libro tm̄ passiones aīe: sꝫ totiꝰ ꝯiūcti. Oīes eīm potentie organice sunt ꝓprietates totius ꝯiūcti ⁊ non ipsius anime. Cum eīm operationes huiusmodi potentiaꝝ sint opationes totius: vt patet in fine huiꝰ capituli: sequit ꝙ potētie sint ꝓprietates totiꝰ. Patet ꝯsequētia ꝑ Aristo. de somno ⁊ vigilia: cuiꝰ est actus eius ē potentia. Sed dicit iste liber de anima inquantū anima est principiū intrinsecuꝫ corporis animati. In hoc eīm libro Aristo. p̄mo ponit ꝓhemiū: in quo reddit auditorem beniuolū: ostendēdo dignitatē ⁊ vtilitatē huiꝰ scientie dicēs: ꝙ inter bona honorabilia cuiusmodi sunt scientie vna est nobilior ⁊ dignior altera: vel q2 est de nobiliori subiecto: vel q2 ē certior altera. Et ꝓpter vtrūq3 scientia de anima est dignior omī sciētia naturali. Est eīm certa scientia: quod patet: quia quilibet expitur i seipso ꝙ habeat animaꝫ ex actibus ipsiꝰ anime. Est etiā aīa nobilissima int᷑ formas rerū corꝑaliū. ¶ Ad euidētiā huiꝰ notādū: ꝙ ꝺm Ari. viij. eth. triplex ē bonū. s. honestū: delectabile ⁊ vtile. Bonū honestū dr̄ inq̄ptū ē i se bonū ⁊ perfectū: vt ꝟtutes ⁊ scie. Dicit aūt bonū delectabile: inquantū in eo quiescit appetitus. Dicit aūt vtile: inquantū est ꝓpter aliquē finē: vt propter subleuationē necessitatis vel indigentie: vel ꝓpter aliū finē his ꝯsimilē appetitur. Distinguunt aūt ista bona tm̄ ꝺm rationē: nō aūt subiecto: cū idē possit esse bonū honestū: vtile ac delectabile: vt virtutes. Notandū etiā ꝙ ꝟtutes intellectuales vel morales que sunt bona honesta dicunt bona honorabilia: quia honor ē premiū ꝟtutis. viij. ethicoꝝ. Quia ꝟo hic fit mētio de bono: ideo icidētaliter hic ponā quandā aliā distinctionē bonitatis bn̄ vtilem: quā ponit doctor subtilis di. vij. secūdi sen. Preter eīm bōitatē entitatiuā qua oīe ens est bonū: est triplex bonitas moralis. s. bonitas ex genere que cōpetit volitioni: ex hoc ꝙ trāsit suꝑ obiectū ꝯueniens actui tali ꝺm dictamē recte rōnis. Et dicit ex genere: q2 sicut genꝰ ē materiale respectu specierū: sic ista bonitas est quasi materialis ⁊ quasi potētialis respectu oīs boni vlterioris i genere moꝝ. Actus eīm talis ē formalis ꝑ circūstātias morales: ⁊ qn̄ his format: tūc ē scd̄a bonitas q̄ dicit bonitas ꝟtuosa: ⁊ ista ē bonitas in specie moꝝ que habet circūstātias quasi differētias ꝯtrahētes. Tercia bonitas ē meritoria que ē gratia formata. Exemplū p̄mi: dare elemosynā. Exemplū scd̄i: dare elemosynā de ꝓprio pauꝑi: ⁊ ꝓpter deuꝫ vel pietatē. Exemplū tercij: dare ex charitate vel gr̄a. ¶ Deinde oñdit phs vtilitatē huiꝰ sciētie dicēs: ꝙ hec sciētia videt multis ꝓficere ad omnē aliā scientiā: qḋ patꝫ: quia si ad phiam p̄mā accedamꝰ: nō possumus deuenire in cognitionē diuinaruꝫ ⁊ altissimaꝝ causaꝝ nisi ꝑ eā q̄ ꝟtute intellectus possibilis acquirimꝰ. Si ꝟo accedamꝰ ad moralē scientiā: nō possumꝰ ꝑfecte eā acquirere nisi sciamus potētias anime: cū diuerse ꝟtutes habeāt in diuersis potētijs assignari. Sapiētia eīm est in intellectu: iusticia in volūtate. Maxime autē (dicit Aristo.) valet hec sciētia ad sciētiā naturalē: cuꝫ aīa sit principiū aīalium. ¶ Cōsequēter Aristo. in hoc lib. recitat opiniones antiquoꝝ de aīa: quas cā breuitatis omitto cum sint modice vtilitatis Diuersificant aūt hmōi opiniones ꝺm diuersitatem ponentiū p̄ncipia reꝝ: de quibus dictū est in. j. phisicoꝝ. Quia ꝟo dicit Arist. i hoc p̄mo: ꝙ dicere aīaꝫ irasci: sile ē ac si quis dicat eā texere vel edificare

re. Meli⁹ ē aūt fortassis nō animaȝ intelligere sed hoīeȝ. Idcirco sciendū q̄ aliq̄ue sunt ōpationes que nō sunt ōpationes anime sed totius ꝯiūcti: cuiusmodi sunt ōpationes coniūcti potentiaꝝ organicaꝝ: vt videre: audire: ⁊ sic de alijs. Aliq̄ue vō nō sunt solū ōpationes coniūcti: sed etiā ipsius anime: vt intelligere et velle. Et ideo q̄ꝫ intellect⁹ ⁊ volūtas nō sūt potētie organice: ⁊ ideo nō solū hō intelligit sed etiaȝ aīa: cū etiā ipā sepata a corpe intelligat. Quia ḡ irasci requirit organū: cuȝ ira sit accensus sanguinis circa cor: ideo est ōpatio toti⁹ cōiuncti: quare nō debem⁹ dicere q̄ anima irascit̄ sed homo: sicut non debemus dicere ipāȝ texere vel edificare. Qō aūt dicit Aristo. meli⁹ est aūt fortassis nō dicere animā intelligere. hoc dicit: q̄ꝫ nōdū ꝓbauerat intellectū nō esse potentiam organicā: sed hoc ꝓbat in tercio.

Finit primus liber de aīa.

Incipit secundus de Anima.

Que quidem a priorib⁹ ⁊c̄. Postq̄ ph̄s venat⁹ est in primo libro opiniones antiquorum de anima: hic in secundo tractat de ipsa anima s̄m opinionē ꝓpriā. Et primo ponit quandā diffinitionē de aīa pertinentē oīni aīe dicēs: q̄ anima est act⁹ primus corpis organici phisici. Pro cui⁹ explanatione ponit quandā distinctionē de actu dicēs: q̄ duplex ē act⁹. s. p̄m⁹ vt scia: scd̄s vt ꝯsideratio actualis. Quoꝝ actuū differētia pōt ꝑpendi ex potentijs. Dicit̄ eīn aliquis in potētia grāmatic⁹ anteq̄ acquirat habitū grāmatice: q̄ q̄dē potētia ī actū reducit̄: qn̄ iā aliq̄s h̄ȝ habitū sciētie ⁊ tūc iteꝝ ē ī potētia ad vsum habit⁹ cū nō ꝯsiderat actu: ⁊ ō hac potētia ī actū reducit̄ cū actu ꝯsiderat: sic igit̄ ⁊ scia ē act⁹: ⁊ ꝯsideratio ē act⁹. Anima ḡ ē act⁹ p̄m⁹ corpis organici: q̄ꝫ dat ei eē aīatū viuū. Dr̄ aūt aīa act⁹: q̄ꝫ est forma subalis q̄ dat esse actu corpi: nō q̄dē eē corpis: q̄ꝫ corpus est corp⁹ ꝑ formā corporeitatis: sed q̄ꝫ ipsum quod erat in potētia ad vitā h̄ȝ esse actu ꝑ aīam. ¶ Cōsequēter explanat Aris. illud qō dicit corpis phisici ōi. q̄ corp⁹ ph̄i. ū ē illud qō h̄ȝ in se p̄ncipiū mot⁹ ⁊ q̄etis. Dicit̄ aūt organicū qō h̄ȝ diuersitatē organorū. ¶ Pro quo notandū q̄ diuersitas organoꝝ ī corpe suscipiēte vitā necessaria ē ꝓpter diuersas ōpatiōes aīe. Aīa eīn cuȝ sit forma ꝑfectissima inter formas reꝝ corporaliū ē p̄ncipiū diuersaꝝ opationū: ideo reqrit diuersitatē organoꝝ in suo ꝑfectibili. Forme vō inanimataꝝ ꝓpter sui imꝑfectionē sunt p̄ncipiū paucaꝝ opationuȝ. Ūn̄ in suis ꝑfectibilib⁹ nō exigūt diuersitatē organoꝝ. Inter aīas aūt aīa plantaruȝ imꝑfectior repitur. Ūn̄ in plātis minor ē diuersitas organoꝝ: q̄ in animalib⁹: ⁊ iō ad ostendendū q̄ omne corpus suscipiens vitā est organicuȝ: accipit ph̄us argumentū ex plantis in quib⁹ est minor diuersitas organoꝝ: ⁊ hoc est quod dicit: q̄ etiā platāꝝ ptes sūt diuersa organa: cū sint ad diuersas opatiōes: sicut foliū est ad coopertimentū fruct⁹. Radices aūt in plātis sunt siles ori aīaliū: q̄ꝫ vtraq̄ attrahūt alimētum. Non autem oportet addere in diffinitiōe aīe potētia vitā habētis: q̄ꝫ loco huius ponit Arist. organi: ⁊ oīne eīn tale h̄ȝ potētiā ad vitā: vt dictuȝ est. ¶ Cōcludit Aristot. ex p̄dictis: q̄ aīa nō pōt separi a corpe s̄m aliquas ei⁹ ꝑtes seu potētias: cū aliq̄ sint act⁹ aliquaꝝ partiū corpoꝝ: sicut potētia visiua ē oculi act⁹. Scd̄m ḡ tales potētias q̄ requirūt organa in suis opationib⁹ nō est aīa sepabilis. Licet eīn aīa separata sit potentia visiua q̄tū ad id qō ex parte aīe: nō t̄n in ordine ad actū: ⁊ iō nō est ī ꝓpinqua dispositione ad videndū: cū ad hoc requirat̄ organū. Scd̄m aūt aliq̄s ꝑtes nihil ꝓhibet animā separi ⁊ habere actus ꝓprios taliū ꝑtiū seu potentiaꝝ: vt ꝑtꝫ de potētia intellectiua: cū nō requirat organū in sua ōpatione. Posita aūtē diffinitione aīe ⁊ declarata ꝯsequēter ipsam Arist. ꝓbat ꝑ demonstrationeȝ. ¶ Pro quo notanduȝ q̄ cū ex notis deuenim⁹ in cognitionē ignotoꝝ. Oīnis aūt demōstratio adducit̄ causā notificādi aliquid: necef

se ē q̄ oīs demonstratio ꝓcedat ex notio
rib⁹ quo ad nos quib⁹ p demōstrationē fit
aliq̄d notū. In quibusdā sunt eadē notio
ra q̄ ad nos ꝛ ſm naturā: sicut ī mathema
ticis q̄ sunt a mā abstracta: ꝛ ī his demon
stratio ꝓcedit ex notiorib⁹ simplr̄ ꝛ ſm na
turā. s. ex causis in effect⁹. Uñ ꝛ dicit̄ de
mōstratio ꝓpter q̄d. In quibusdā vo non
sunt eadē mag̅ nota simpliciter et quo ad
nos: vt in naturalibus: in quibus plerūq̄
effectus sensibiles sunt mag̅ noti suis cau
sis: ꝛ ideo in naturalibus vt in plurib⁹ ꝓ
cedit̄ ab his que sunt min⁹ nota ſm natu
rā: ꝛ magis nota quo ad nos: et hec vocat̄
demōstratio q̄a. Scdm̄ hūc ergo modū a
posteriori ꝛ p effect⁹ ipi⁹ aīe dmōstrat. p.
diffinitionē ei⁹. ꝛ hoc sic: Illud q̄d ē pmū
pncipiū viuēdi ē viuētis corpis act⁹ ꝛ for
ma: sed aīa ē pmū pncipiū viuēdi his que
viuūt: ḡ est corpis viuētis actus ꝛ forma.
Manifestū aūt est q̄ hec demōstratio est
a posteriori: ex eo eñ q̄ aīa est forma cor
poris viuētis ē pncipiū opationis vite: et
nō ecōuerso. Probat aūt phs minorē di.
q̄ cū sint q̄tuor modi seu grad⁹ viuentiū:
quoꝝ vn⁹ ē p intellectū: scds p motū loca
lē: terci⁹ p sensū: ꝛ quart⁹ p motū alimenti
ꝛ augmēti. Aīa vegetatiua est pncipiū vi
uēdi quarto mō ī plātis. Aīa aūt sensitiua
ē pncipiū viuēdi tercio mō ī aīalib⁹ impfe
ctis ī q̄b⁹ ē sensus sine motu locali ꝛ ꝓgres
siuo: sicut sunt ostree: q̄ hñt solū sensus ta
ct⁹: ꝛ mouent̄ tm̄ motu dilatatiōis ꝛ ꝯstri
ctiōis. Aīa etiā sensitiua p potentiā moti
uā ē pncipiū viuēdi scdo mō ī aīalib⁹ pfe
ctis: q̄ nō solū sentiūt: ſ3 etiā mouēt̄ motu
ꝓgressiuo. Aīa aūt intellectiua ē pncipiū
viuēdi pmo mō ī hoīb⁹ ī q̄b⁹ vltra p̄dicta
ē intellect⁹. Appetitus aūt nullā facit di
uersitatē in gradib⁹ viuentiū: nā vbi ē sen
sus ibi ē appetit⁹: ideo inter illos non nu
merat̄. Ex hoc ergo q̄ aīa est principiū q̄
viuim⁹. ostēdit Arist. q̄ aīa est actus cor
poris. Dicit aūt q̄ pncipiū quo viuimus
potest dici dupliciter: vel in ratiōe forme
vel in rōne subiecti sicut principiū quo sa
namur in rōne forme est sanitas: sed in ra
tione subiecti est corpus. Act⁹ eñ actiuo

rū. i. forme que inducunt̄ ab agētib⁹ ī ma
teria sunt in patiēte ꝛ disposito. Anīa au
tē est principiū quo: nō in ratiōe subiecti:
sed in ratiōe forme: ergo est act⁹ seu forma
corpis. ¶ Circa autē p̄dicta monet phus
duas questiones. Quaꝝ pma est: Cū ani
ma sit quoddā viuēdi pncipiū ſm quattu
or grad⁹ viuentiū: vtrū quodlibet istoꝝ sit
aīa vel ps aīe. Ad quod rñdet q̄ in q̄bus
dā aīalib⁹ vt in homib⁹ insunt oīa p̄dicta:
in quibusdā vo quedā hoꝝ: in alijs
aūt vnū solū. In his aūt in quib⁹ inest solū
vnū p̄dictoꝝ vt in plantis: opꝫ q̄ illud ī
eis sit aīa. In quib⁹ aūt sunt plura: quodli
bet est ps seu potētia aīe: sed illa aīa deno
minat̄ a pncipaliori pte vt sensitiua vel in
tellectiua. ¶ Secūda questio est: si vnum
quodq̄ p̄dictoꝝ est ps anīe: puta cū oīa in
ueniunt̄ in vna aīa sicut in humana: vtrū
hoc mō sint ptes q̄ sepantur ab inuicē so
lū ſm rationē vt etiā sepent̄ loco: vtpote
q̄ in vna parte corpis sit sensitiuū: in alia
intellectiuū: ꝛ sic de alijs. ¶ Ad quod re
spondet q̄ de quibusdā ptibus anime nō
est difficile videre: vtrū sint sepabiles lo
co. i. subiecto: sed de quibusdā dubiū est.
Et ad ostendendū q̄ hoc est facile videre
in quibusdā: pmittit similitudinē de plan
tis: q̄ quedā ptes diuise ab alijs partib⁹
vident̄ viuere: ꝛ hoc ostendit p hoc q̄ ra
musculi abscisi inserunt̄ ꝛ plantant̄ ꝛ con
ualescūt: quod nō esset nisi remaneret eis
vita: ꝛ p ꝯsequēs anima que est principiū
viuēdi. Qd ꝯtingit: q2 in vnaquaq̄ plan
ta aīa est vna in actu ꝛ multiplex in poten
tia. Quia ḡ aīa plāte est impfecta in ordi
ne aīaꝝ: nō requirit magnā diuersitatē ī
ptib⁹. Uñ potest saluari in aliqua partiū
Sic etiā hoc ostēdit in aliquib⁹ aīalib⁹ q̄
decisa viuūt: quia vtraq̄ partiū habet sen
sum: quod patet: q2 retrahit se si pungit̄:
habet etiā motū ſm locū vt ad sensum pa
tet. Et si pars decisa habet sensū: necesse
est q̄ habeat appetitū. Ad sensum eñ de
necessitate sequit̄ delectatio ꝛ dolor. Ne
cesse est eñ si sensibile pceptū sit ꝯueniēs
q̄ sit delectabile. Si aūt nociuū q̄ sit do
lorosū. Ubi autē est dolor vl̄ delectatio

necesse est q sit desideriũ vel appetit⁹: sic ğ manifestũ ē q vegetatiuũ: sensitiuũ: motiuũ fm locũ ⁊ appetitiuũ inueniunt i vna pte decisa. Ex quo pꝫ q nō distinguunt in corpe aialis loco: sed de quibusdã potētijs pticularib⁹ manifestuꝫ ē q distinguit loco: visus eñ manifeste nō ē nisi in oculo audit⁹ in aure: olfactus i narib⁹: gustus i lingua ⁊ palato. Sed primus sensus. s. tactus qui est necessarius in animali ē in toto. ¶ De intellectu aũt dicit q dubiũ est: qꝛ nōdũ ꝓbauit q habeat organũ distictũ ab alijs an nō. Dicit aũt q ptes seu potētie que nō sunt sepabiles loco distinguuntur fm rationē: quod ꝓbat: qꝛ cuꝫ habeāt act⁹ diuersos habēt aliud ⁊ aliud esse: id ē aliam ⁊ aliã rōnē formalē: vñ dicit q alterum est esse sensitiuo ⁊ opinatiuo. s. intellectiuo. Ex pdictis patet q potētie anime: scꝫ vegetatiuũ: sensitiuũ: motiuũ fm locũ: appetitiuũ ⁊ intellectiuuꝫ: distinguunt ex natura rei adinuicē ⁊ ab ipsa anima: ⁊ nō tm̃ p opationē intellect⁹. Nō ab ipa aia pꝫ: qꝛ sunt eius ptes seu ptiales perfectiones. Et etiã inter se patet: quia cũ habeant distinctas rōnes formales: et sint principia distincta operationũ. A pte rei voluntas amat nō intellectus: ⁊ intellectus intelligit nō volũtas. Licet autē distinguāt ex natura rei: nō tñ distinguunt realiter i his in quib⁹ simul insũt: cuꝫ vna nō possit corrũpi alia remanēte. Nunq eñ ē intellect⁹ sine alijs potētijs: vt dicit Arist. in hoc scdo. In aia eñ sepata remanēt oēs iste potētie in se ꝯsiderate: licet nō possint exire i act⁹ aliquaꝝ hmōi potētiaꝝ: qꝛ ad suas operationes exercēdas requirunt organa: fm hoc est intelligendũ illud quod hic dicit phs: q intellectus sepat ab alijs sicut ppetuũ a corruptibili: hoc est intelligendũ q sepat ab alijs partib⁹ seu potentijs nō in se ꝯsideratis: sed vt eō plectunt organa: et sunt in ꝓpinqua dispositiōe ad actũ. ¶ Si arguas ꝯtra hoc q act⁹ ⁊ potētia ad idē genus ptinēt: sed actus istaruꝫ potentiaꝝ: vt intelligere ⁊ velle sunt accidentia ab inuicē: ⁊ ab ipsa anima realiter distincta: ergo ⁊ potentie. ¶ Itē per Aristo. in pdicamentis ponentē potentias naturales in secũda specie pdicamēti qualitatis. ¶ Respon. adprimũ. q potentia et actus possunt sumi vt sunt differentie entis: ⁊ sic sunt eiusdē generis: imo idem numero: vt Adã prius fuit i potētia: postea ꝟo in actu. Alio mō sumit potētia ꝓ pricipio actiuo vel passiuo: ⁊ tūc nō sunt eiusdem generis actus ⁊ potentia: sic est in ꝓposito. ¶ Ad secundũ dico q Aristo. accipit potentiã naturalē ꝓ facilitate vl' agilitate vtēdi hmōi potētia. Istã materiam diffuse tractat Scotus. xv. dist. scdi sentētiaꝝ. Tractat etiã ab alijs doctorib⁹ theologicis in. j. ⁊. ij. sen. ideo de ipsa breuiter ptransco.

Capitulum. II.

Potentiarũ autē aīe ⁊c. Postq Arist. diffiniuit aīaꝫ: nūc accedit ad determinãdũ de partibus eius seu potētijs. Et pmo dicit q p potētias idē intelligit qđ p partes. Distinguit aũt hmōi potētias i quinq genera. s. vegetatiuũ: sensitiuũ: appetitiuũ: motiuũ. fm locũ ⁊ intellectiuuꝫ. Ad cui⁹ euidētiã sciendũ pmo: q hmoi genera potentiaꝝ pñt reduci ad triplicē aiam scꝫ vegetatiuã: sensitiuã et intellectiuam. Motiuũ eñ fm locũ potest reduci ad sensitiuũ vel intellectiuũ: similiter appetitiuũ: fm q duplex ē appetit⁹. s. sensitiu⁹ et intellectiu⁹ qui dicit volũtas: de quib⁹ habet in principio. j. meta. ¶ Notanduꝫ insuper q phs hic ponit qnq potētias: licꝫ prius posuerit solũ quattuor: qꝛ supra aristo. intendēs ostendere q anima est pncipiũ viuēdi in oīb⁹ viuētib⁹: distīxit ipm viuere fm gradus viuentiũ: ⁊ nō fm operationes vite: fm quas hic distinguuntur genera potētiaꝝ. Appetitiuũ aũt nō cōstituit aliquē gradũ viuentiũ: quia oīa que habent sensum habent appetitũ: et sic remanent tñ quattuor gradus viuentiũ vt dictũ est. Ostendit autēꝫ phs q omnia animalia habent appetitũ: quod probat: quia oīa habentia sensũ tactus habēt appetitũ: vt probatum est in ca. precedenti:

fed oīa animalia habēt tactus:quod ꝓbat
quia sensus tactus est sensus alimenti: ne-
cessarium autē est omnibus animalibꝰ vti
alimento:ideo necessariū est ꝙ habeāt sen
sum tactus quo participāt alimentū sibi cō
ueniens:et ꝙ tactus sit sensus alimēti ma-
nifestum est. Sicut enim corpora viuētia
cōstāt ex calidis ꝛ frigidis humidis ꝛ sic-
cis:ita ex his nutriunt. Tactus autem est
discretiuus horū. Sed viuentia nō nutri-
untur alijs sensibilibus nisi ſm accidēs vi
delicet inq̄tum cōiungunt tangibilibus.
Sapor enim odor ꝛ color nihil conferunt
in alimentū inq̄tū hmōi: sed solū inq̄tum
cōtingit odorata ꝛ colorata esse calida vel
frigida humida vel sicca. Sic igit patȝ ꝙ
omnia animalia habēt sensum alimenti:q̄-
buscūqȝ aūt inest sensus alimenti inest esu-
ries ꝛ sitis:quorū vtrūqȝ est cōcupiscētia
alimēti. Esuries quidē est ꝯcupiscētia cali
di et sicci:quod habet rationē cibi. Sitis
aūt frigidi ꝛ humidi: quod habet rationē
potus. Sapor autē est quoddā horꝝ dele-
ctamentū. Sapor autem delectabilis iudi-
cat conuenientem ꝓportionem calidi ꝛ fri
gidi:humidi ꝛ sicci in alimento: vnde ma
gis ꝑtinet ad delectationem cibi q̄ neces-
sitatem. ¶ Comparat aūt pħus hmōi po-
tentias adinuicē dicens: ꝙ sensitiuū est in
intellectiuo et vegetatiuum in sensitiuo:si-
cut trigonum:id est triangulus est ī tetra-
gono. Triangulus eñ est in quadrangu-
lo in potentia: potest eñ quadrangulus ī
duos triangulos diuidi per diametrum vt
hic:sic sensitiuū est in potentia seu virtuali
ter in intellectiuo ꝛ sic de alijs. ¶ Ad de-
terminandū autem de potentijs anime in
speciali dicit pħs ꝙ prius est determinan
dum de actibus:quod ꝓbat: qꝛ ſm rōnē
diffinitiuā actus sunt priores potētijs:qḋ
patet ex hoc:quia cū potentia dicat quen-
dam respectū ad actum cum sit principium
agendi vel patiendi: oportet ꝙ actus po-
natur in eius diffinitiōe: qꝛ etiam obiecta
sunt priora actibꝰ:oportet p̄mo videre de
ip̄is obiectis. ¶ Pro q̄ notandū ꝙ ex obie
ctis diuersis nō diuersificant actus ꝛ potē
tie aīe nisi qñ fuerit differētia obiectorum
inq̄tū sunt obiecta. s. ſm rationē formalem
obiecti sicut visibile distinguitur ab audi-
bili. Si aūt obseruet eadem ratio obiecti
diuersitas ſm quecunqȝ alia non inducit
diuersitatem specificam actus et potentie:
Eiusdem enim potentie est videre hoīem
coloratū ꝛ lapidē coloratū:qꝛ ista diuersi-
tas ꝑ accidens inest obiecto inq̄tū est ob-
iectum. ¶ Notandum insuꝑ ꝙ cū aīa pro
statu isto non cognoscat seip̄am directe in-
tuendo:oportet ꝙ in cognitiōe ꝓcedamꝰ
ab extrinseco: vt scȝ ꝑ obiecta a quibus ab
strahunt species intelligibiles cognosca-
mus actus:ꝛ ꝑ actꝰ potētias:ꝛ ꝑ potētias
ipsam essentiā aīe. Si aūt directe aīa essen
tiam suā per seipsam cognosceret: esset cō
trarius ordo obseruandus in aīe cognitio
ne:quia quanto aliquid esset ꝓpinquius
essentie aīe tāto ꝑ priꝰ cognosceret ab ea.

Capitulum. III.

Quare primum ꝛc.

Hic pħs incipit tractare de potē
tijs in speciali. Et primo ḋ vege
tatiua q̄ est cōmunis omnibꝰ:determinan
do. s. de alimento quod est eius obiectum:
ꝛ de generatiōe que est actus eius. Dicit
ergo ꝙ qḋlibet viuū generat aliud eiusdē
speciei: vt planta plantā:oliua oliuā:aīal
animal. Ab hoc tñ excipit imperfecta: vt
pueros orbata eunuchos ꝛ habentes simi
les defectus. Dicunt etiā orbati carentes
aliq̄ sensu: vt ceci surdi. Excipit etiam ea q̄
generant ꝑ putrefactionē. Alimentū autē
ad tria valet:ad augmentū:ad nutritionē
de ratione alimenti est ꝙ cōseruet substan
tiam eius qḋ alitur q̄ conseruatio necessa-
rio est ꝓpter continuā cōsumptionē humi
di a calido naturali. tertio valet ad gene-
rationem. Semen enim quod est genera-
tionis principiū est superfluum alimenti.
Sed hec triplex anima vegetatiua est p̄n
cipium triplicis operationis: scilicet nu-
tritionis: augmenti et generationis. Ad
hoc autē dicit Aristo. ꝙ habet duplex in-
strumentum. s. ipsum alimentum et calo-
rem naturalem per quem alteratur: deco-
quitur et digerit alimentum.

Capitulum. IIII

lūtas nō sint potētie organice. Sec⁹ aūt ē
de opationib⁹ potentiaꝝ sensitiuaꝝ: vt vi
dire: audire: ꝛ sic de alijs. ¶ Demū scien
dū ꝙ spūs aliqñ sumit̄ p aīa ipa: aliqñ vo
p humore subtili. Dicit̄ aūt triplex spūs:
sc3 vitalis: aialis ꝛ natural'. Vital' spūs fū
damētū ē cor: a quo pcedit ad totū corp⁹:
omīa eius mēbra viuificans. Aialis autē
spūs fundamentū est cerebꝝ: ꝛ ab eo ad to
tius corpis mēbra venit sensu3 eis pstās.
Naturalis vo spūs fundamentū est epar:
ꝛ ab illo ad totū corpus tēdit omībus mē
bris quattuor vtutes dās naturales: que
videlicet sunt appetitiua: ɔtētiua: digesti
ua ꝛ expulsiua. Unicuiqȝ em̄ mēbro neces
se est vt sit vtus appetitiua calida ꝛ sicca:
que sit nature colere rubee: vt desiccet hu
miditatē cibi: ꝛ attrahat ea3 ad se. Decet
etiā vt vnūquodqȝ mēbru3 vtutē habeat
ɔtentiuā: cui⁹ natura sit fm colerā nigrā:
vt ɔtineat cibū quousqȝ digestiua suā com
pleat actionē in eo. Cōuenit iteꝝ eis vir-
tutē habere digestiuā fm sanguinis natu-
rā existentē qua cōtentū digerat cibū ꝛ eū
in suā mutet essentiā. Uirtutis aūt expul-
siue flegmatis natura3 habētis necessitas
est: vt per eā superfluitas et fex cibi a mē-
bris expellatur.

Explicit liber de anima: et p ɔsequens tota philosophia naturalis: que est secūda pars huius compendij: copulata ex dictis Scoti doctoris subtilissimi.

Incipit tercia pars que ē de Metaphisica.



Xpedi-
ta scđa pte isti⁹ tra
ctat⁹ q̄ erat de phi-
sica: restat nūc age
re de tercia pte: sc3
Metaphisica. Cir
ca quod' primo vi-
dendu3 est de eius
subiecto. Pro cui⁹
euidētia fm doctrinā Scoti doctoris sub
tilis in hoc primo: ꝛ in plogo primi sentē-
tiarū. q. de subiecto theologie: presuppo-
nendo ea que dicta sunt de subiecto scien-
tie. j. ca. primi phisicoꝝ: primo aliqua pre
mittā: deinde aliquas conclusiones subiū
gam. ¶ Quantū ad primū sciendū ꝙ ens
inquantum ens. s. ens in cōmuni sumptū
fm rationē entis: prima sui diuisione diui
dit̄ in ens finitū ꝛ infinitum. Nam diuisio
entis in decē pdicamenta nō est eius pri-
ma diuisio: sed alia est prior ea: et accipien
do alterū membrū. s. finitum: diuidit̄ i de
cē pdicamenta. Unde deus cadit sub vno
membro diuisionis: ꝛ decē predicamenta
sub alio'. Omne em̄ ens predicamentale
est finitū: deus est ens infinitū: ideo deus
est ens extra genus. ¶ Item sciendū quā
tum ad presens sufficit: duplex est primi-
tas: sc3 perfectionis et adequationis. Pri
mitas perfectionis in quacūqȝ scientia re-
spicit gradum entitatis rei: vt sic illud di
catur primū quod est nobilius ens quocū
qȝ alio ad istam scientia3 ptinente. Unde
fm hāc primitatē deus est primū subiectū
consideratū in hac scientia: id est pfectissi-
mū. Sed pmitate adequatiōis voco pmi
tatē qua subiectū et sciētia adequant̄: ita
ꝙ nec sciētia excedit suū subiectū: nec ecō
uerso. Sed quicq̄d aliquo modo cadit sub
consideratione scientie cadit sub rōne for-
mali subiecti: ꝛ econuerso: quicq̄d partici
pat rationem formalem subiecti cadit sub
ratione formali illi⁹ scientie. Et sic ens inē

q̄tum ens est primum subiectum in metaphisica: quicquid participat naturam entis vt sic: cadit sub cōsideratione metaphisice. Et quicq̄d consideraꝛ in metaphisica cōsideraꝛ sub rōne entis. ¶ Notandū insup ꝙ ens inq̄tum ens dicit vnum conceptum cōmunē vniuocū ⁊ realē deo ⁊ creature: de q̄ habeꝛ in q̄rto huius ⁊ hoc de p̄mo principali. ¶ Quantū ad secundū sit hec prima conclusio: Ens inq̄tum ens hꝫ ꝓprias passiōes: pbaꝛ ꝑ Aristo. iiij. metaphi. Est sciētia que speculaꝛ ens inq̄tum ens ⁊ q̄ huic insunt ꝑ se. Item ibidē c. iij. dicit ꝙ sicut numerorum inq̄tū numeri sūt: sunt ꝓprie passiōes vt paritas imparitas: sic enti inq̄tum ens. ¶ Sꝫ ꝯtra hāc ꝯclusionē arguiꝛ sic: Si ens inq̄tū ens hꝫ aliquā ꝓpriā passionē illa sit a. tunc sic si ens hꝫ passionē a. ergo a. est nihil: ꝯsequēs est falsum ergo ⁊ añcedēs: falsitas ptꝫ ꝯsequētis: q2 nō ens nō est passio alicui⁹: pbatio ꝯseq̄ntie. Omne subiectū est extra essentiā passionis cū cadat in diffinitiōe passionis vt additum ex. ix. metaphisice. Sed quicquid est extra entis naturā vel essentiā est non ens: ⁊ ꝑ ꝯsequēs nihil. ¶ Sequiꝛ etiaꝫ ꝙ ens s̄m suam totā cōmunitatē nō predicetur in q̄d de quolibet. Respōdeo ad istud ꝙ passio entis nō est simpliciter nihil. Ad pbationē cum diciꝛ ꝙ omne subiectum est extra rationē vel essentiā passionis. Dico ꝙ ꝑ esse extra essentiā alicui⁹ intelligitur esse extra cōceptū formalē eius sic cōcedo. nam subiectū distinguiꝛ formaliꝛ a sua passione ꝓpria ⁊ sic in sua diffinitiōe cadit vt additū. Si vero ꝑ esse extra essentiā intelligas distictionē realē q̄ est inter rē ⁊ rē: sic nego: q2 ꝓpria passio nō distinguiꝛ realiꝛ a suo subiecto: ⁊ ꝑ ꝯñs a. est ens realiter ⁊ nō nihil: nō eñ ens formaliter. Est eñ medium inter ens ⁊ nihil formaliter. s. aliq̄d qđ nec est hoc nec illud: tñ inter ens realiter ⁊ nihil nullū est mediuꝫ. Qd aūt addit ꝙ ens s̄m suā cōmunitatē totā nō p̄dicaꝛ in q̄d de omnib⁹: nō habeo pro incōueniēti sed ꝓ necessario: q2 impossibile est ens predicari in quid de vltimis differentijs: nec de ꝓprijs passionib⁹: nec de suis proprijs cōtractiuis quib⁹ cōtrahitur ad ens creatū ⁊ increatū: sicut ostendā in. iiij. huius ¶ Scđa ꝯclusio est ꝙ passiones entis sunt de eo demonstrabiles: pbaꝛ id quod est ꝑfectiōis in qualibet scīa nō est negandū in sciētia perfectissima: sꝫ ꝑfectiōis ē in quacūqꝫ scīa ꝙ demōstret passiōes de subiecto: cū scīa sit habit⁹ ꝯclusiōis demōstrate. j. posteriorum. cōclusio aūt demōstrationis cōtinet passiōes de subiecto: ergo hoc nō est negandū in illa scientia perfectissima q̄ est de ente vt de subiecto: vt diceꝛ ꝯclusione sequēti. ¶ Sed cōtra illā cōclusionē arguiꝛ sic: ꝙ in demōstratōe potissima oportet sumere ꝓ medio aliq̄d mediās inꝛ subiectū ⁊ passionē: sꝫ inter ens ⁊ suā passionē nō est aliqđ mediū: ergo de ente nō potest aliquid demōstrari demonstratiōe potissima ꝓbatio minoris. Inter subiectū cui⁹ cōceptus est simpliciter simplex ⁊ suā passionē nō potest esse aliqđ mediū: sꝫ ꝯtract⁹ entis est simplr̄ simplex ergo ⁊c. Probatio maioris ꝓsyllogismi: q2 illud mediuꝫ aut ē diffinitio subiecti aut passionis aut mixtū ex diffinitiōe hui⁹ ⁊ illi⁹. Sꝫ subiectuꝫ ⁊ passio q̄ habēt cōceptū simpliciter simpliceꝫ cuiusmodi sunt ens ⁊ sua passio: nō p̄nt diffiniri ergo inter ens ⁊ suā passionē nullū demōstratiuū mediū pōt sumi. ¶ Preterea nullum subiectū ē in potētia ꝯtradictiōis ad passiones demōstrabiles đ ipo: sꝫ ens ē in potentia ꝯtradictiōis ad ea q̄ ponunꝛ passiones ei⁹: ergo illa q̄ ponunꝛ passiōes ei⁹. s. entis ñ sūt passiōes demōstrabiles de illo. Maior ptꝫ: q2 aliꝛ passio inesset ꝯtingēter suo subiecto: ⁊ ꝑ ꝯñs nō esset demōstrabil' nec scibilis de illo. Minor ꝓbaꝛ inductiue ī passionib⁹ disiūctis entis: vt sunt act⁹ ⁊ potētia causa ⁊ causatū ⁊c. q2 potentia includit negationē act⁹ ⁊ ecōuerso. Si ergo ens ē in actu vel potētia pōt eē actu ⁊ nō actu ⁊ potētia ⁊ non potētia: ¶ Preterea nulla passio demōstrabil' de subiecto p̄dicaꝛ in q̄d đ subiecto: nec de aliq̄ cōtento sub subiecto: ptꝫ. Sꝫ aliq̄d qđ poniꝛ passio demōstrabilis de ente: puta vnū p̄dicaꝛ in q̄d de ꝯtentis sub ente: q̄re ⁊c. ꝓbatio mioris. ij. metaphisice ca. iij. in fine: dicit p̄hus ꝙ sicut

ens pdicaē fm eandem naturā de quāto z qli.zc.ita vnū:ſʒ ens pdicaē de decem pdicamētis in qd ꝑ vnū. ¶ Rn̄ſio ad pmuʒ cū dr: ꝙ in demōſtratiōe potiſſima optet ſumere zc.cōcedo maiorē:ſʒ minor ē falſa Ad pbationē dicendū:ꝙ diffinitio eſt duplex:q̄dā dicit qd:q̄dā ꝓpter qd:medium aūt demōſtratiōis nō ē diffinitio dicēs qd eſt ſimplr:ſʒ diffinitio dicēs ꝓpter quid. Ad pbationē dicēdū:ꝙ inter ens z paſſiones entis pōt ſumi diffinitio dicens ꝓpē q̄d paſſiōis:nō obſtāte ꝙ paſſio hʒ ꝯceptū ſimplr ſimplicē. Ad cui⁹ euidētiā ſciēdū ꝙ ſubiectū hn̄s plures paſſiōes ſic ſe hʒ reſpectu eaꝝ:ꝙ ipe paſſiōes ſūt ab ipſo ſubiecto ꝑmq̄ndā ordinē nālē:qꝛ vna mediāte alia:ita ꝙ prior paſſio ē cauſa ꝓpē qd inherēte ſcde paſſionis ad ſubiectū:z pōt ſumi ꝓ medio ad demōſtrandū ſcdam de ſubiecto. Exemplū:hr̄e angulū extrinſecū equiualentē duob⁹ itrinſecis ſibi oppoſitis: et hr̄e tres angulos eq̄les duob⁹ rectis:ſunt due paſſiōes trianguli hn̄tes ſe ad ipm triangulū ꝑm ordinē naturalē: ita ꝙ vna ineſt mediāte alia: z vna pōt ſumi ꝓ medio ad pbandā aliam demōſtratiue:qꝛ p hr̄e angulum extrinſecū pbaē triangulus hr̄e tres. Sʒ nunq̄d hr̄e angulū extrinſecū eſt diffinitio ipſius hr̄e tres. eſt vtiqꝫ diffinitio nō dicēs quid ſed ꝓpter quid. Nā diffinitio ꝓpter q̄d eſt mediū in demōſtratione:z hoc modo ois cauſa eſt mediuʒ dicēs ꝓpter quid effectus. Vn̄ Ariſto.ij.poſterioꝝ:idem ait eſt mediū z cauſa. Ad ꝓpoſitū:cū entis ſint plures paſſiōes nō opoztet q̄rere diffinitionē q̄d eſt ad probandū de ente paſſionem ſicut q̄rit rō:ſed ſufficit diffinitio propter q̄d:hec eſt vna paſſio reſpectu alterius ſcʒ prior reſpectu poſterioris:ſic diffinitio paſſionis eſt medium demonſtrationis.ij.poſterioꝝ. Paſſiones ꝑ entis habēt quēdā ordinē inter ſe in comparatione ad ens:z vna poteſt ſumi ꝓ medio ad demonſtrandū aliam. Eſto ꝙ ens vel quecunqꝫ paſſio entis ſit indiffinibilis diffinitione dicente quid eſt: vtputa quia cōceptus ſimpliciter ſimplex nō eſt diffinibilis: vt patet p Ariſto.iiij. metaphiſice contra platonē: ¶ Sed hic eſt vnū dubiū que paſſio ſit prior et que poſterior in paſſionibus entis:vt ſic vna alteram poſſit demōſtrare. Rn̄ſio ſaluo melio:i iudicio:ꝙ quid ſit de alijs paſſionibus: qꝛ nimis prolixum z difficile eſt videre de omnib⁹ paſſionibus entis. Dico ꝙ vt videtur ꝙ vnū ſit ſimpliciter prima paſſio entis. Tum qꝛ probat de ea ſpecialiter Ariſto. ꝙ ſignificat eandem naturaʒ cū ente.iiij.meta.ca.ij. Tum quia.xj.metaphi.dicit.iij.ca.ꝙ nihil differt omnia entia reducere ad ens vel vnum:cum idem ſignificent conuertibiliter. Poſt hanc videē eſſe verum ſecunda paſſio entis:tertia autē bonum: nā ratio veritatis videē eſſe prior ex natura rei ꝙ bonitatis: ſicut intellectus naturaliter eſt prior voluntate. Sic poteſt dici d̄ alijs paſſionibus cōſequēter:qđ ſubtilioꝛi lectori relinquo. Q: ſi ita ipm vnū poteſt ſumi ꝓ medio ad demonſtrandū ens eē verū. Et verum poteſt ſumi ꝓ medio ad demonſtrandū ens eē bonum: z ſic de alijs. Ipm aūt vnū remanet indemonſtrabile de ente vel ꝓpter defectum medij: vel qꝛ ipm ineſſe enti eſt per ſe notum: vel ꝓpter vtrūqꝫ. ¶ Ad ſecundū cum dicē ꝙ nullū ſubiectum eſt in potētia ꝯtradictiōis dicē ꝙ paſſiones diſiuncte nō ſunt ꝓprie paſſiōes illius cōmunis cui aſſignanē ſed inferioꝝ Sed cōtra:omnis ꝓpria paſſio habet ſubiectum cui ineſt p ſe et primo ſic ꝙ illi non ineſt p rōnē alterius ſed omni alij p rōnē eius:ex.j.poſterioꝝ. Sed paſſio diſiūcta habet aliquod tale ſubiectū primū niſi ipm cōmune:qꝛ nulli cōuertibiliter ineſt:patet ergo ꝙ illud cōe ē primū ſubiectū. Aliē ꝑ dicēdum eſt:ꝙ paſſio diſiuncta realiter z q̄tū ad illud qđ ſignificat eſt vnica. Qm ergo paſſio illa vnica eſt nobis ignota:nō poſſumus eam nominare vno noīe: ſʒ circūloquimur eam p aliqua duo diſiūcta eo mō quo loquiē Ariſto.iiij.meta.d̄ medio contrarioꝝ innominato: quod circūloquimur p abnegationē vtriuſqꝫ:vt qđ eſt neqꝫ albū neqꝫ nigrū. Dico ergo ꝙ per ꝯtingens vel neceſſariū circūloquimur vnam paſſionem:ſit igiē illa paſſio a.ad a.non ſe

habet ens in potẽtia cõtradictiõis: immo
necessario oĩe ens est a. ¶ Ad tertiũ di-
cendũ: q͏ illa similitudo nõ currit supra q̃t
tuor pedes. vnde simile ẽ ⁊ dissimile. Si-
mile ꝑ tanto: q͛ sicut ens significat eandẽ
naturam realiter cũ quolibet de quo p̃di-
catur: sicut ⁊ vnũ cum sit ꝓpria passio en-
tis nõ differt realiter a quocũq͛ ente. Sꝫ
in hoc ẽ dissile: q͛ ens ẽ idẽ formal'r cuili-
bet inferiori de q̃ p̃dicat͛ et iõ predicat͛ in
quid. Nõ sic aũt vnũ: ⁊ iõ p̃dicat͛ in quale
⁊ denominatiue de subiecto ⁊ nõ in quid.
Passio enĩ ⁊ si sit idẽ realr̃ cũ subiecto: nõ
tñ formaliter: vt dicet͛. iiij. hui⁹. ¶ Ter-
tia cõclusio est ista: ens inq̃tũ ens est p̃mũ
subiectũ in meta. ꝓbat͛ p̃mo aucte Arist.
in p̃ncipio. iiij. metaphi. est scĩa q̃ specula
tur ens inq̃tũ ens: sed ista nõ est aliq̃ alia
sciẽtia ꝑticularis ꝫ ⁊c̃. Ad idẽ est Auicẽ.
j. metaphi. ij. ca. Item Aristo vj. meta.
vbi mouet an prima pħia sit vniuersal' vel
circa aliq̃d gen⁹ particularis entis: videt͛
soluere q͏ est vniuersalis. vnde in fine so-
lutionis dicit de ente inq̃tum ens erit hu
iusmodi sciẽ speculari. Item etiã ꝓbat͛ ra
tione: illud est subiectum primũ cuiuslibet
sciẽtie cuius sunt ꝑ se primo passiones q̃ ꝑ
se cõsiderant͛ in illa sciẽtia. Sed nihil ali-
ud ab ente est hmõi cui passiones conside-
rate in metaphisica insunt per se p̃mo: er-
go ens est primũ subiectum metaphi. Ma
ior ptꝫ accipiẽdo ly p̃mo sicut accipit phi-
loso. in. j. poste. ca. de vniuersali: quod. s.
inest alicui ƒm q͏ ip̃m ⁊ nõ ꝑ aliud. Sed
omni alij inest ꝑ ip̃m. hec est enĩ conditio
primi subiecti cuiuscũq͛ passionis Sꝫ mi-
nor patet: q͛ passiões metaphi. puta vnũ:
verum: bonũ: actus et potentia: necessitas
contingentia: ⁊ sic de alijs nõ sunt alicui⁹
entis inferioris primo ⁊ per se: sed cuiusli-
bet inq̃tum ens: nam al's non cõuenirent
omni enti: ꝫ sunt passiones entis inq̃tum
ens primo ⁊ ꝑ se. Confirmatur: q͛ ista sci-
entia dicit͛ metaphisica a meta q̃d est trãs
et icos scientia: quasi trãscẽdens scientia.
¶ Sed contra istam conclusionem arguit͛
multipliciter. Primo sic: illud quo forma-
liter scĩa distinguit͛: ⁊ a q̃ formalr̃ denola-

tur est ei⁹ ꝓpriũ subiectũ: sꝫ ens sic cõe nõ
est hmõi respectu metaph. ꝫ ⁊c̃. Maior ẽ
euidens. He enim sunt conditiones primi
subiecti et q͏ denominet formaliter scien-
tiã ⁊ q͏ distinguat. Secant͛ enĩ sciẽ quẽad
moduꝫ et res. iij. de anima. Minor ꝓbat͛
primo q̃tum ad primã partem videlicet
de distinctiõe: q͛. vj. metaphi. distinguit
Aristo. tres partes scientie speculatiue vi
delicet phisicam: que est circa inseparabi-
lia a materia ⁊ mobilia: et mathematicam
que est circa inseparabilia a materia ⁊ im-
mobilia. Et metaphisicam que est circa se
parabilia ⁊ imobilia: cuiusmodi sunt sub-
stantie separate: si ergo distinctio scientia-
rũ speculatiuarũ sit conueniens: videtur q͏
sit circa propria subiecta earũ. Secũda ps
minoris patet de denominatione: patꝫ ex
prologo huius vbi vocat pħus hanc sciẽ-
tiam diuinam: quia est diuinorũ. ¶ Prete
rea si ens sic commune sit subiectum ĩ me-
taphisica: ergo in speculatione entis sic cõ
munis consistit felicitas naturalis. conse-
quens est falsum: ergo et antecedens: pro
batio cõsequentie: ƒm Aristo. x. ethicoꝝ:
dicitur q͏ felicitas naturalis consistit ĩ cõ-
sideratione metaphisicali. tunc sic. noticia
subiecti in scientia continet virtualiter to-
tam noticiam illius habitus vel scientie:
ergo perfectior est quocunq͛ alio in illa sci
entia: quia quod continet aliquid virtua-
liter est eo perfecti⁹. Si ergo felicitas cõ-
sistit in aliquo actu metaphisico: maxime
erit circa actum cognoscendi subiectum
metaphisice quod est ens per se: cum ille
actus sit perfectissimus in Metaphisica.
Falsitas consequentis patet in hoc q͏ no-
ticia entis vt ens non est simpliciter perfe
ctissima. ¶ Preterea si ens sic commune
est subiectum primũ metaphisice: ergo me
taphisica sub se alias omnes subalternat:
cõsequens est falsum ergo ⁊ antecedẽs: ꝓ
batio consequẽtie: quia tunc subiectum cu
iuslibet scientie esset sub subiecto metaphi
sice: hec enim est conditio subalternate sci
entie: vt patet. j. posteriorum. falsitas con
sequentis ptꝫ: ex. vj. metaphisice vbi Ari
stoteles distinguit tres partes essentia-

les sciētie speculatiue: qđ nō esset si omnes alie subalternarent metaphisice: probatio quia scientie subalterne vel ponunt in numerum cum subalternantibus vel non: si sic: ergo plures essent scientie speculatiue ꝙ tres: cum multe sint sciētie subalterne. Si non ponunt: ergo phisica et matemathica cum ponant in numerum cum metaphisica: non subalternant ei quod erat probandum. ¶ Preterea de subiecto sciētie opoꝛtet precognoscere si est et quid est. j. posterioꝝ: sed in ista sciētia non est notum quid est ens: ergo non huiusmodi subiectū: probatur minor: quia ens est cōmunissimum nō habens genus ⁊ differentiā: ergo nec diffinitionem: ergo nec quid: cum diffinitio dicat quid. j. topicorum. ¶ Preterea subiectum cuiuslibet scientie habet ꝓpria principia: ex. j. posterioꝝ: sed ens sic commune nō est huiusmodi: ergo ⁊c. probatio minoris. Tum quia ente nihil est prius: principiū autem est prius pricipiato. Tū qꝛ si ens in ꝙtum huiusmodi ⁊ vt sic cōmune haberet principia: ergo qđlibet ens haberet principia. Sic enī arguit Aristo. j. posterioꝝ de reduplicatione. Si iusticia esset bonū in eo qđ bonū: iusticia eēt omne bonū: ꝯn̄s est falsum: quia tunc esset ꝓcessus in infinitum in principijs ⁊ principiatis. ¶ Item substantia est primū subiectū huius scientie: ergo ens nō est subiectum: cōsequētia pꝫ: quia eiusdem scientie non sunt plura subiecta p̄ma: antecedēs patet ex. vj. metaphisice. Substantiaꝝ queruntur principia ⁊ cause: sed illud cuius p̄ncipia ⁊ cause querunt in aliqua scientia ē eiꝰ subiectū. Item arguit ꝙ deus ⁊ intelligētie siue genꝰ substātiaꝝ sepataꝝ qđ idem est sit ibi subiectū: ꝑ cōmentatorē. j. phisicoꝝ cōmento vltimo dicentem: Q̄ prima phia. i. metaphisica que nititur ꝓbare entia separabilia esse peccat: genus enī entiū separatorum esse nō declarat nisi in scientia naturali: hec enim entia sunt subiectū metaphisice vel phie p̄me. Et impossibile est aliquam scientiam probare suum subiectum. ¶ Ad ista argumēta dicend adū p̄mum cum dicitur: Illud quo scientia formaliter distinguitur ⁊c. Dico ꝙ ista maior nō est vera vniuersaliter. Ad cuiꝰ euidentiam notandum p̄mo ꝙ scientia nō videtur esse tm̄ circa aliquid tanꝙ circa subiectum p̄ncipaliter consideratum: sed etiam circa causas subiecti: exemplum sicut in libro de anima tractatur de diffinitione anime et partibus et passionibus eius: ꝙuis illius scientie subiectū ponat corpus animatum cuius anima est p̄ncipiū: ⁊ sic de multis alijs. Consimiliter est in proposito de metaphisica. Nam eius consideratio est circa causas altissimas: nō tanꝙ circa subiectum p̄ncipale: sed tanꝙ principia subiecti: vnde in p̄ncipio. vj. huius dicit ꝙ principia ⁊ cause querunt entis. Considerat ergo metaphisica causas altissimas vt principia sui subiecti: vel etiā aliter cōsiderat eas vt partes principales subiecti primi: quia sunt nobilissima entia. ¶ Secundo notandum ꝙ substantie immateriales et immobiles non pertinent ad considerationem scientie alicuius particularis note nobis ex puris naturalibus: licet enī de ipsis sint infinite ꝓprietates cognoscibiles ꝙtum est ex pte earū: nō tamē nobis via sensus: iō aliq̄ scia possibilis est haberi de eis sed nō nobis. Proprietates aūt scibiles a nobis via sensus sunt passiōes entis. vnde verū est ꝙ iste substātie sunt subiectum alicuiꝰ scie speculatiue potenti eas cognoscere ſ; nō nobis. Et ideo ꝙtū ad ea que sunt scibilia de eis cadunt sub consideratione metaphisice: nō vt primū subiectū: ſ; tanꝙ aliq̄d cōtentū sub primo subiecto qđ ē ens. Deꝰ enī cognoscit in metaphisica nobilissimo mō quo pōt ꝯsiderari in aliqua scia naturaliter acquisita. Passiones nāq; entis cū eo cōuertibiles cognosci in summo de aliq̄ ente ⁊ passionū disiunctaꝝ nobiliꝰ diuidēs eidē cōpetere in summo ē nobilissima cognitio naturalit̄ possibilis ō deo. Hec aūt tota cognitio est metaphisica: qꝛ cuiꝰ est ꝯsiderare passionē in cōmuni de subiecto ī cōmuni: eiusdē ē cognoscere eandē passionē in summo de eodē subiecto pticulariter. Tūc ad pbm de distinctione scie speculatiue dico: ꝙ licet hmōi di

ſtinctio poſſit fieri penes ſubiectū:iuxta il-
lud.iij de Aia: ſecant̃ ſcie quēadmodū et
res:nō tm̄ ſolū ſed etiā pōt fieri ꝑ ṗncipia
vel ṗncipales ꝑtes ſubiecti: ⁊ iō ſcia hec ē
circa ſeparabilia ⁊ immobilia tanꝙ circa
principia et ṗncipales ꝑtes ſubiecti:⁊ hoc
mō denominat̃ theologia vel diuina nō a
ſubiecto ſed a cauſa:ſicut naturalis ſciētia
dicit̃ a natura q̄ tm̄ cōmuniter nō ponitur
ſubiectū illi⁹ ſcientie ſed eſt ṗncipiū ſubie-
cti eius. ❡ Ad ſcōm dicit̃ ꝙ tunc in ſpecu
latione entis cōſiſteret fe icitas naturalis
nego ꝯſequentiā:ad ꝓbationē dico ꝙ ali-
quid ꝑfectiue pōt eſſe dupliciter:vl' ꝑmiſ-
ſiue vel poſitiue. Primo mō quanto aliq̄d
vniuerſalius tāto ꝑfecti⁹. Scōo mō oīe
inferi⁹ eſt ꝑfectius ſuo ſuperiori: qꝛ inclu-
dit aliquid poſitiue qḋ addit ſupra ſuperi-
us. Exemplū aīal eſt ꝑfectius muſca ꝑmiſ
ſiue ꝓ q̄nto poteſt eſſe in aliquo inferiori
perfectiori ꝙ ſit muſca:puta in hoīe:ſed
muſca perfectior eſt animali poſitiue ꝓ q̄n
to includit animal ⁊ aliquid aliud. Ad ꝓ-
poſitū noticia ſubiecti in ſciētia eſt ꝑfectior
ꝑmiſſiue:non oportet aūt ꝙ poſitiue: per-
fectior eſt em̄ cognitio qua ſcitur ꝙ primū
ens intelligit per eſſentiā ſuam:qḋ proba
tur.xij.huius:ꝙ ſcire ꝙ ens inq̄tum ens
eſt vnū. Cum ergo ait Ariſto.x.Ethicoꝝ
qꝛ in actu metaphiſicali conſiſtit felicitas
naturalis hoc habet veritatē ꝓ quāto ſub
ſtantie immateriales ſunt de conſideratio
ne metaphiſici mō prec ꝓpoſito :in quaruꝫ
contemplatiōe conſiſtit felicitas naturalis
ſm ipm. ❡ Contra omne virtualiter con
tentiuū alicuius eſt ꝑfectius eo etiam poſi
tiue:ſed noticia ſubiecti continet virtuali-
ter omnē aliā noticiā in iſta ſcientia ģ ⁊c.
❡ Reſpondet̃ ꝙ continere virtualiter ali
quid poteſt eſſe dupliciter vel virtualiter
actualiter vl' virtualiter potentionaliter.
Prima continentia arguit perfectiorē no
ticiam poſitiue. Secunda ſolum permiſſi
ue:ſic eſt in ꝓpoſito maxīe de ſcientia vna
vnitate generis ꝓximi vel remoti de quo
habet̃.vj.huius. ❡ Ad tertiū cum arguit̃
ꝙ tunc oēs alias ſcientias ſubalternaret:
nego ꝯſequentiā:ad ꝓbationē dico ꝙ ꝓ-

cedit ab inſufficiēti. Nam ad ſcientiā ſub-
alternam nō ſuffic it ſubiectū ſub ſubiecto:
ſed plura alia requirunt̃ inter que vnū eſt
ꝙ noticia inferior a ſuperiori accipiat ṗn-
cipia ſua ad ꝓbandum concluſionem. Re
quiritur etiā ꝙ ſubiectū ſcientie ſubalter-
ne addat aliquā differentiā accidentalem
ad ſubiectū ſcientie ſubalternantis quomō
ſe habet ꝑſpectiua que ē ꝺ linea viſuali ad
geometriā:et muſica que eſt de numero ſo
norum ad arithmetricā. Sonus em̄ addit
numero ⁊ linee addit viſuale: hēc additio
deeſt in ꝓpoſito:licet enim ſubiecta aliaꝝ
ſcientiarum ſint ex additione ad ſubiectuꝫ
metaphiſice:et aliquod ꝯſtitutū ex ſubie-
cto metaphiſice:et aliquo addito: illud tm̄
additum nō facit vnum per accidens cum
eo:ſed vnum per ſe. Illud nanqꝫ additum
eſt differentia mediata vel immediate cō-
trahens ens que eſt ꝑ ſe eſſentialiter vnū
facit cum ente:vel cum aliquo includente
ens inq̄tum ens: ſicut binarius addit ſu-
pra numerum differentiam eſſentialem.
❡ Ad q̄rtū cum dicit̃ ꝙ de ſubiecto opor
tet preſupponere quid eſt:concedo:ſed mi
nor eſt falſa:⁊ cum dicit̃ ꝙ ens non habet
quid cum ſit cōmuniſſimū ⁊ tranſcendēs.
Dico ꝙ hoc ita ē in oīm generaliſſimo: ꝙ
nullum generaliſſimū habet quidditatem
ꝓprie dictam cum nō habeat genus ⁊ dif-
ferentiam ſupra ſe: et tm̄ quodlibet habet
quid:quia al's nō predicaret̃ in quid ꝺ ali-
quo:vnde probatio iſta eſt inſufficiens ꝙ
ſi nō habet diffinitionem vel quidditateꝫ
ꝓprie dictam ꝙ non habeat: quid:vel q̄d
ditatem large ſumendo. Non em̄ ſequitur
niſi de quidditate ſpeciei cuius proprie eſt
diffinitio. Licꝫ ģ ens ꝓprie nō habeat q̄d
qḋ exprimit̃ per diffinitioneꝫ:ſicut arguit
probatio illa:tamē habet quid eo mō quo
habet eſſentiam. Oportet em̄ in diffinitio
nib⁹ deuenire aliquo modo ad aliqua ſim
pliciter indiffinibilia:quia non eſt proceſ-
ſus in infinituꝫ in rationibus ſm pħm.ij.
huius. Quidditas ergo non ſolum ſumit̃
pro diffinitione quidditatiua: ſed etiā pro
incluſis in ipſa. ❡ Ad aliud quando dice-
batur ꝙ ens inq̄tum ens non habet prin-

cipia. Dicendum ꝙ principia subiecti pñt intelligi in duplici genere: vel incōplexa vel complexa: ⁊ vtroqꝫ mō ens habet pͥn cipia. Nam principia incōplexa entis inq̄tuꝫ ens sunt prime cause scꝫ materiales: nam ipē sunt cause pͥmi eff. ctus qui est rei entitas: habet etiā principia complexa. i. pͥncipia per q̄ sue ꝓprietates sibi inherēt: q2 de ipso pōt esse demōstratio ꝓpter q̄d vt dictum est. Tunc ad ꝓbationē ente nihil est prius: principiū aūt est prius principiato: dico ꝙ cū sit sermo d̄ incōplexo pͥncipio: ens comune vt sic nō habet principium: q2 cū sit cōmune tam isti q̄ illi abstrahit ab vtroqꝫ: ⁊ neutrū includit in sua ratione: sed bene ens habet principiū vt reseruat᷑ in suis inferioribus: nam plura sunt entia quibus cōuenit habere principiū: et esse pͥcipiata: ⁊ hoc mō ens habet aliq̄d prius se. ¶ Sed loquendo de cōplexo cōcedo ꝙ tale principiū est prius: nō quidē ente sed ꝓprietate entis cui⁹ est principiū vt dictū ē. ¶ Ad secundā ꝓbationem: q2 tūc qōlibet ens haberet pͥncipia si entis: in q̄tum ens essent principia. Respondeo si loquimur de principio incōplexo: sic dico ꝙ ens inq̄tum ens habet principia: accipiendo ly inq̄tū specificatiue: sed nō reduplicatiue eo mō quo arguit phs. j. posteriorū. Si vero loquitur de principio cōplexo que sunt ꝓpositiones immediate ad ꝓbandū passiones de subiecto: sic dico ꝙ entis inq̄tum ens sunt principia accipiendo ly inq̄tum reduplicatiue: et sic omne ens habet principiū: quia passiones entis sunt demonstrabiles de quolibet ente per principia cōplexa. Nam omnis passio superioris est passio cuiuslibet inferioris ꝑ se: licet non primo. Sic ergo patet ꝙ argumentū accipit minorē falsam. ¶ Notandum autē ad euidentiam: ꝙ inq̄tum ⁊ quelibet alia dictio reduplicatiua sumit᷑ dupliciter. Aliquando reduplicatiue aliquando specificatiue. Reduplicatiue quidem sumit᷑ quando denotat illud cui iungitur esse formalē causam et precisam inherētie predicati ad subiectū. Exempli gratia: homo inq̄tum homo est risibilis: ibi inq̄tū denotat ꝙ ly homo qui sequit᷑ immediate ad ly inq̄tuꝫ est causa precisa et formalis quare risibile inest subiecto quod est homo. Nam risibile inest homini ſm ꝓpriam rationē humanitatis vt ꝑ causam: ⁊ tunc valet cōsequentia a ly inq̄tum ad vniuersalē. Nam si homo inq̄tum homo est risibilis: omnis homo est risibilis. Accipitur autem aliquando specificatiue quādo non notat talē causam: sed tm̄ formalem rationem illius cui adiungit᷑. Exemplum: homo inq̄tum rationalis est albus: sensus est: ꝙ homo qui est rationalis est albus Unde ly inq̄tum specificat ꝙ homini sic considerato sub ratione rationabilitatis non repugnat albedo: et tunc non valet consequētia ab inq̄tum ad vniuersalem. non enim sequitur: igitur omnis homo est albus. ¶ Ad illud ꝙ substantia est primum subiectum: ergo non ens: nego antecedens. Ad pbm dico ꝙ nihil plus vult nisi ꝙ de substantia est principalior intentio metaphisici q̄ de accidente tanq̄ de nobiliori ꝑte sui subiecti: Sic eñ principia queruntur et cause substantie non vniuersaliter sed principaliter Et hoc Aristo. intendit ꝓbare in principio. vij. metaphi. vbi probat substāciā priorem omni accidente prioritate triplici: q̄re de ipsa principaliter est agendum.

¶ Ad cōmentatorem autē impugnantem auicennā dico ꝙ negandus est comētator et standū est cuꝫ auicenna ponente ens inq̄tum ens esse subiectuꝫ metaphisice. Qꝛ aūt cōmentator dicit ꝙ nulla scientia probare potest suum subiectū esse: falsum est: licet eñ nulla scientia demōstret suū subiectum: demonstratiōe ꝓpter quid ⁊ a priori: quia ipm̄ subiectū est prius notum primitate nature. potest tamen demonstrare suum subiectum demōstratione quia est et a posteriori. Qꝛ etiam dicit ꝙ metaphisica nō potest ꝓbare deum esse: falsum est. hoc eñ potest phisica ⁊ metaphisica. ꝓbatur: quia omnis ꝓprietas considerata de effectu quem impossibile est sibi inesse nisi causa talis sit: cōcludit causam demonstratam esse demōstratiōe quia. Sed tam proprietas ꝯsiderata in sciā naturali q̄ ī meta

phisica: de effectu nō potest sibi inesse nisi primū mouens ⁊ nisi primū ens sit: igitur vtraqȝ scīa pōt demonstrare ipsum esse de monstratione quia.

OMnes hoīes natura scire desiderāt. ⁊c̄. Uiso de subiecto metaphisi. accedenduȝ est ad explanationē textus. Iste igiꝰ liber diuidiꝰ in duas ptes: scȝ prohemiū et tractatū. secūda incipit ibi: Qm̄ aūt manifestum. In ꝓhemio aūt ostendit Aristo. circa q̄d ista sciētia versetur. scd̄o qualis sit: ibi: quare ꝯo non actiua. Circa primum duo facit: primo ostendit ꝙ huius scientie que sapientia diciꝰ est considerare causas. secūdo aūt quas vel quales causas cōsiderat ibi: Qm̄ autē scientiā ⁊c̄. Circa ꝑmuȝ adhuc duo facit: primo premittit quedam ex quibus ad ꝓpositū arguiꝰ. Scd̄o ex p̄dictꝭ rationē sumit ibi: Cuiꝰ aūt grā. Circa ꝑmū duo facit: ꝑmo ostēdit scīe ī cōi dignitatē: scd̄o cognitiōis ordinē ibi: Alia quidē. Dignitas aūt sciētie ptȝ ꝑ hoc: ꝙ naturaliter ab omnibꝰ desideraꝰ: ideo dicit Aristo. ꝙ omnes hoīes natura scire desiderant. Hoc aūt ideo ꝓponit: vt ostēdat: ꝙ querere sciam nō ꝓpter aliqđ vtile qualis est hec sciētia nō est vanum: cum naturale desideriū vanum esse non possit. Ad euidentiā huiꝰ ꝓpositionis notandū: ꝙ triplex est appetitus vel desideriū ī rebus. Quidā est appetitꝰ naturalis: id est inclinatio vel tendētia q̄dam q̄ vnaqueqȝ res naturaliter inclinaꝰ ⁊ tendit in suā ꝑfectionē vel finē. Appetitus aūt aīalis seu sensitiuus dr̄ qui cōsequiꝰ sensum ſm queȝ quilibet sensus inclinaꝰ ⁊ tēdit in obiectū cōueniēs ⁊ fugit incōueniēs. Sȝ appetitꝰ rōnalis dr̄ ip̄a volūtas ꝯsequēs ip̄m intellectū: sicut sensitiuus ꝯsequiꝰ ip̄m sensum. ¶ Et nota ꝙ isti appetitꝰ drn̄t abinuiceȝ. Primo: qꝛ appetitꝰ rōnalis est formaliꝰ liber: nō sic aīalis: vel naturalis. Secūdo qꝛ appetitꝰ rōnalis ⁊ sensitiuus aliqn̄ nomināt potentiā: aliqn̄ actū elicitū a potētia. Appetitus aūt nālis nec nominat potentiā nec actū elicitū: sed est quedā tendētia ꝯsequēs naturā rei: nō differens realiꝰ a nā rei. Tertio: qꝛ appetitꝰ sensitiuus se hȝ in plus q̄ꝫ intellectiuꝰ. Nā vbicunqȝ in istis inferioribꝰ ē intellectiuꝰ repiꝰ ⁊ sensitiuꝰ ⁊ nō ecōuerso. Silr̄ appetitꝰ nālis se hȝ in plus q̄ꝫ sensitiuus ⁊ intellectiuus. Nā vbicūqȝ reperiunꝰ isti ⁊ ille ⁊ nō econuerso. Un̄ isti appetitꝰ intellectiuꝰ ⁊ sensitiuus vt sunt q̄dā natura: hn̄t q̄ndā appetitū naturalē ⁊ inclinationē ⁊ tendentiā q̄ tēdūt ad suū finē ⁊ ꝑfectionē ⁊c̄. Quarto: qꝛ appetitꝰ aīal' ⁊ rōnal' in suis actibꝰ semꝑ ꝑ̄supponūt priorē actū alteriꝰ potētie cognitiue: puta volūtas p̄supponit actū intellectꝰ ⁊ appetitꝰ sensitiuꝰ actū sensus. Appetitus aūt naturalis nullū actū alicuius potētie p̄supponit; vt appetitꝰ q̄ graue appetit centrū ⁊ leue sursum. ¶ His p̄missis notādū ꝙ p̄dicta ꝓpositio nō intelligiꝰ d̄ appetitu rōnali: qꝛ oīs appetitꝰ rōnal' est formaliter liber: vt patet ex p̄missis: sȝ appetitus quo omnes homines natura scire desiderāt: nō est formaliter liber: qꝛ si sic: tunc possemus nō desiderare scire: ⁊ sic dicta ꝓpositio nō esset necessaria sed contingens. Nec eñ dicta ꝓpositio intelligiꝰ de appetitu aīali: qꝛ tūc bruta appeterent scire: cū habeāt appetitū sensitiuū. Intelligitur igiꝰ ſm Sco. de appetitu naturali: patet ꝑ locū a sufficiēti diuisiōe: qꝛ nō restat alius appetitus. Omnes hoīes igitur desiderant scire natura. i. naturali appetitu: et pōt ꝓbari hec ꝓpositio a priori. Unūquodqȝ appetit suā ꝑfectionē tam primam q̄ est forma q̄ꝫ secūdā que est opatio: ꝑ quam cōiūgiꝰ suo ꝑ̄ncipio: igiꝰ hō naturaliꝰ appetit sciam que est eius ꝑfectio ꝑ̄ma: et intelligere qđ est eius ꝑfectio secūda: ꝑ quā cōiungiꝰ suo ꝑ̄ncipio. Probat aūt Aristo. hāc ꝓpositionē a posteriori ꝑ signū: qꝛ cuȝ sensus nobis deseruiūt: ⁊ ad cognitionē rerū ⁊ vite vtilitatē: diliguntꝰ a nobis ꝓpter seip̄os inq̄ꝫtū sūt cog̃scitiui: etiā p̄ter hoc ꝙ vtilitatem conferunt ad vitam: ⁊ hoc probat ex illo: ꝙ ille sensus maxime ab omnibus diligitur qui magis est cognoscitiuꝰ: cuiusmodi est visus: quē diligimus nō solum ad aliqđ agendū: sed etiā si nihil age-

re debem⁹. cuius causã reddit: q: iste sen
sus inter omnes alios facit nos magis sci-
re: et plures differẽtias rerũ nobis demõ-
strat. ¶ Propter quod notandũ: q̃ licz ta
ctus sit duarũ contrarietatũ scz calidi: fri-
gidi: humidi ⁊ sicci: propter qð nõ ẽ vnus
simplr̃ sed duo: vt patet in hoc p̃mo. Vi-
sus autẽ tñ vnius sit contrarietatis: scz al
bi et nigri: plures tamẽ differẽtias rerum
demonstrat nobis visus q̃ tactus: quia ob
iectum visus scz lux et color in plurib⁹ cor
poribus reperiunť q̃ om̃es qualitates tã-
gibiles: quia om̃ia corpora q̃ superiora q̃
inferiora lucem ⁊ colorez participant: non
autem alias qualitates: puta tãgibiles au
dibiles et huiusmodi.

Animalia quidem igiť

natura sensuũ ⁊c̃. Consequenter prosequi-
tur ph̃s de ordine cognitiõis dicẽs: q̃ oĩa
animalia in hoc comunicãt q̃ habent sen-
sum. Nam ex hoc animal ẽ animal q̃ ha-
bet animã sensitiuã: q̃uis aũt oĩa animalia
habent sensum: nõ tñ habent oẽs sensus sz
solũ pfecta. Omnia tamẽ habent sensum
tactus cuz sit maxime necessarius. Est eñ
cognoscitiuus eoꝝ ex quibus aĩal constat:
scz calidi: frigidi: humidi ⁊ sicci: ¶ Dein-
de ponit Aristo. gradus cognitiõis in hu
iusmodi animalib⁹ dicẽs: q̃ quedã sunt q̃
habent sensum: nõ tñ memoriam: cuiusmo
di sunt animalia ĩmobilia ẽm locũ vt sunt
conchilia. Ex quo infert q̃ quedam sunt
prudentia et quedam non. Cum ergo pru
dentia ex preteritorum memoria de futu-
ris puideat: in animalibus prudentia esse
nõ põt que memoria carẽt: illa vero que me
moriam habent aliquid prudentie habere
possunt. ¶ Deinde ostendit q̃ etiã hmõi
animalia aliquid participant experimẽti:
licet parum: et hoc: quia ex multis sensibi
libus et eorum memoria assuescunt ad ali
quod psequendũ vel vitandum.

Pro euidẽtia predicto

rum notandu3 q̃ duplex est prudentia scz
proprie dicta et metaphorice. Prudentia
ppric dicta est habitus actiuus cum ratio
ne vera. In omni eñ virtute morali req̃ri
tur prudentia in intellectu regulatiua: et
habitus virtutis in voluntate: vt pmpte
et faciliť eligat illud qð recta ratio dictat
et determinet eligendũ. Habitus aũt vir-
tutis generať ex frequẽtibus electionib⁹:
vt habitus castitatis ex frequẽter eligere
continere. Prudentia autẽ generať ex fre
quenter dictaminib⁹: id est ex frequenter
determinate apprehendere hoc esse agen
dum. Licet aũt scientia moralis sit habit⁹
actiuus cum ratione vera sicut prudentia:
tamẽ in hoc differunt: q: sicut ars se habet
circa factibilia ad habitum experti: ita sci-
entia moralis se habz circa agibilia ad ha-
bitum prudentie: quia habitus artis ⁊ sci
entie moralis q̃si sũt remoti ad dirigẽdũ:
q: vniuersales. vt aliq̃s põt scire artẽ mu-
sice: nõ tñ dirigiť nisi in particulari habe-
at actuz: sic in habitu virtutũ simpliciter.
Sed habitus prudẽtie ⁊ experti q: geniti
sunt ex actibus sunt particulares: ⁊ ad di-
rigẽdum ppinqui: q: ergo ad prudentiaz
proprie dictam requiriť ratio: igiť est solũ
in hominibus. ¶ Prudẽtia aũt metapho-
rice dicta non requirit rationẽ: iõ reperiť
in brutis: non quidẽ respectu eorũ ad que
naturaliter et necessario inclinať: vt ĩ for-
mica ad hoc q̃ sic congreget grana simpli
citer: sed respectu eorũ ad que se habẽt cõ
tingenter vt q̃ congreget grana in illo fo
ramine ⁊ non in alio: et q̃ accipiat ab hoc
cumulo ⁊ nõ ab alio: ⁊ hoc est ex memoria
foraminis in quo primo reposuit: ⁊ cumu-
li vnde prius recepit. Quod probat doc.
subtilis: q: prudẽtia est habitus consiliati
uus: ex. vj. Ethi. in q̃ quis est potẽs facili
ter et pmpte consiliari quid agendũ. Cõ
silium nõ est de fine sed de his que sunt ad
finem: vt habet ph̃s in ethi. Medicus eñ
nõ consiliať si inducet sanitatem: sz de mo-
dis quibus inducet. Item consiliuz nõ est
de necessarijs: sz d̃ contingentib⁹. nullus
enim consiliať si sol oriatur vel nõ. Prudẽ
tia ergo debet poni in brutis circa ea que
possunt aliter ⁊ aliter agere. Sz ea ad q̃ se
habent instinctu naturali nõ sunt cõtingẽ-
tia hoc modo: q: cõsequunť totam speciẽ: ⁊

illa necessario consequuntur: ita q ad illam magis necessitantur & aguntur q̄ agant: ergo respectu talium non est prudentia. ¶ Notandū insuper q collatio est duplex. Quedā est pprie discursiua quādo ex magis noto pceditur ad minus notū: & sic conferre necessario requirit ratonē: & ideo est tm̄ in hoīe. Alia est large sumpta: put aliquid ex memoria vnius facit hoc & nō aliud: et ista nō requirit necessario rationē: ideo est in brutis: que conferendo futurū ad preteritū: ex memoria preteritorū prouident de futuris.

Capitulum. III.

Fit autem ex memoria hominibus experimentum &c. Consequenter Aristo. ponit diuersos gradus humane conditionis dicēs: q primo ex multis memorijs generat experimentū: ita ex multis experimentis ars generat. Et in hoc est quedā conuenientia artis & experimenti: quia sicut ex multis memorijs generat experimentū: ita ex multis experimentis ars siue vniuersalis acceptio de omnibus similib⁹ Differunt tamē: quia experimentū tm̄ versat circa singularia ars vero circa vniuersalia: quod consequenter p exempla exponit. Cū eñ homo accipit in sua cognitione: q hec medicina contulit sorti & platoni tali infirmitate laborātib⁹ & multis alijs hoc ad experimentū ptinet. Sed cū aliqs accipit p hoc q coferat oībus laborātib⁹ in tali spē egritudīs: & s̄m talē cōplexionē illud iā ad artē ptinet ¶ Pro quo notādū q licet ex multis nō nec̄ario inferat vl's: tñ pbabiliter pōt inferri cū hac ppositiōe: natura agit vt ī plurib⁹ nisi impediat. Notādū insup q duplex ē cognitio: quedā eñ habita est p inuētionē: alia v̄o p doctrinā. Primo eñ scientie fuerunt inuente: et deinde a magistris p doctrinam discipulis tradite. Et sunt isti modi sciēdi similes sanationi. Quādoqz eñ natura ē potens: ita q sine adiutorio extrinseco inducit sanitatē: quādoqz aūt ppter sui debilitatē īdiget adiutorio extrīseco: & ō se nō sufficit: vt p3 ad sensū: & tūc illud extrinsecū est tanq̄ instrumētū: ipsa eñ natura ē pncipalit sanās. Silr in pposito. Nā in qbusdā naturale lumē intellectus est ita potēs q ex se sufficit vt applicet pncipia ad cōclusiones: & tūc dr generari sciētia p inuentionē. Qñqz aūt ex se nō pōt ea tūc iuuat ex qbusdā signis sensibilib⁹ ppositis sibi a doctore: p que docēs exprimit applicationē pncipiox ad pclusiões: et tūc intellect⁹ addiscētis v̄tute pprij luminis pclusioni assentit: quā videt esse demonstratā ex pncipijs: ita q illa signa ita se habēt sicut instrumēta: sed lumen intellect⁹ vt principale agēs inducens scientiā: et tūc scientia dicit acquiri per doctrinā. Notādū insup q oīs nostra cognitio siue ptineat ad sensitiuā interiorē vt memoratiuā: & sic de alijs: siue ad intellectiuā oriť a sensu. De sensitiua interiori patet: vt declaratū ē in li. de aīa. De intellectiua etiā habita p inuentionē patet. De habita etiam per doctrinam patet: q2 vt est in lib. de aīa declaratū: necesse est intelligentē fātasmata speculari. Dicit etiā Aristo. j. poste. q deficiēte sensu deficit in nobis scientia de illi sensib⁹. vñ si cec⁹ nat⁹ doceret de colorib⁹: nūq̄ haberet habitum scientificū de eis: sed tm̄ habitū fidei vł credulitatis: inquantū pōt credere docēti quia color est tale ens. Notandū insup q oīs cognitio intellectiua vel est principiox vel conclusionū: & vtroqz modo tripliciter. Vel q2 est incōplexa noticia: puta de terminis principij vel pclusionis. Vel complexa de complexione hui⁹ vel illi⁹. Quantū ad cognitionē terminox nō est noticia expimentalis: que. s. est frequēs acceptio sensibilium necessaria: sed bñ est necessaria apphensio aliqua sensibilis: q2 sine ista non pñt termini ab intellectu pcipi: vt pat3 ex pcedentibus: nihil eñ est in intellectu qn prius fuerit in sensu aliquo mō:

vel quia p se: vt color: vel per suas partes: vt mons aureus: vel i suo remisso: vt albedo intēsa: vel i suo simili: vt antichristus: vel in suo effectu: vt de⁹: vel quouis modo. Quantū autē ad cognitionē completā principij vel conclusionis iuuat cognitio experimētalis: vt assentiat citius ipis. Affirmatiuis quidē si p sensus cognoscatur ɔnexio extremorū in singularibus. Negatiuis vero si cognoscatur sepatio extremorū. Quia eñ sensus frequenter videt hanc totalitatem ⁊ hanc minoritatem cōiungit: ex hoc intellectus citius assentit illi principio: Omne totū maius est sua parte. Noticia igitur expimentalis est coadiuuans ad noticiā complexā principiorum ⁊ ɔclusionū. Apphēsio vo aliqua sensibilis est necessaria ad cognitionē terminorū: ⁊ hoc mō ex expimētis generat ars nulla tñ noticia expimētalis nec sensitiua ē simplr necessaria ad cognitionē cōpletā principiorum vel ɔclusionū. Probatur: quia ipe intellectus ɔceptis terminis pōt Vtute ppria ipos coponere vel diuidere: ita q ɔceptus tales cōpleri si sint pmorum pncipiorum esse cognoscuntur veri mediāte lumie naturali intellect⁹ quia principia cognoscimus inqtū ter minos cognoscimus. j. poste. Cōclusiones aūt cū Vtualiter ɔtineant in principijs: possunt elici ex istis. Nō est igitur simpliciter necessaria cognitio expimētalis: nec sensitiua, ad cognitionē cōplexam principiorum vel ɔclusionū: licet eñ nūq p aliquē sensū videatur hec coniūctio vel sepatio in re: si tamē ex sensib⁹ apprehēdantur termini: ⁊ intellect⁹ cōponat vel diuidat: ille assentiat ppria Vtute: imo vbi sensus pcipit coniūctionē terminorum simpliciū in re: adhuc certi⁹ adheret principio complexo p lumē naturale intellectus q ppter aliquam sensus apprehensionē. Si eñ in applicatione sensus esset erro: adhuc intellect⁹ circa illud principiū nō erraret qtū ad veritatē cōpositionis: sed iudicaret etiā sensum errare circa hoc: nō obstante q a sensu errāte accipe noticiā simplicium vñ videmus vbi sensus pcipit baculum positū in aqua frangi: intellect⁹ iudicat sensum errare: q nullū durū frangit ad tactū mollis. Hec materia tractat diffuse a doctore subtili in li. j.

Ad agere quidē igit. Deinde compat Arist. artē ad expimentū p modū pminētie dicens: q quantū ad actiones experientia non videt ab arte differre: quantū eñ ad actū tollit differētia que inter expimentū ⁊ artē erat p vniuersale ⁊ singulare: q sicut expimentū circa singularia operat: ita et ars. vñ pdicta differētia erat in cognoscēdo tñ. Dicit tñ Arist. q quis i modo opandi ars ⁊ expimentū nō differūt: q vtraq circa singularia operat: differūt tamen in efficacia opandi: nā expti nō artifices certius opant artificibus nō exptis. Cui⁹ causā reddit: quia actus ⁊ generatiões sunt circa singlaria: vniuersalia eñ nō generant nec mouent nisi p accidēs inquantū hoc singularibus cōperit. Hō eñ generat hoc hoie generato: vñ medicus nō sanat hominē nisi p accidens: sed p se sanat sortē ⁊ platonē: aut p se aliquē hominē singulariter dictū: cui accidit esse hominē inqtū ē curat⁹. ¶ Pro quo notandū: q quis esse hominē p se cōueniat sorti: tamē curato vel medicato p accidēs ɔuenit: hec eñ est p se: sortes est hō: q si sortes diffiniret: hō poneretur in ei⁹ diffinitiōe: sed hec ē p accidēs curat⁹ vel sanat⁹ ē hō. Dicit igit Arist. Cū ars sit vliū: expientia singulariū: si quis haberet ratiōnē artificis sine experiētia: erit quidē pfectus i hoc q vle cognoscit: sed q ignorat singulare: ⁊ sine expimento curat: multotiēs in curādo peccabit. Pro quo notādū fm Sco. in li. j. artifex ex hoc solo ē pfect⁹: quia hȝ habitū pfectū in vli: quē hre pōt nō applicādo ad pticulare. Possibile ē igitur artificē esse pfectū: ⁊ tñ nō cognoscere p se singulare circa qd ē opatio Exp

tũ aũt impossibile ẽ esse ꝑfectuȝ nisi per se cognoscat singulare: qꝛ cognitio expimẽtalis ꝑ se ẽ vni⁹ singularis. Artifex ꝗ ex hoc ꝙ ẽ arti ex: nõ opꝫtet ꝙ cognoscat ita operabile sicut expert⁹ ex hoc ꝙ est expert⁹. Tñ ex hoc nõ sequit̃ q̇n ita sit possibile artificẽ per se ꝛ perfecte cognoscere singulare: sicut expertũ si applicet cognitionẽ vniuersalẽ quã habet ad ipm singulare. ¶ Notandũ etiaȝ ꝙ singulari circa quod fit opatio multa insunt p̃ter naturã cõis rationis: que multũ diuersificãt rationẽ vel actionẽ. Naȝ aliter oportet agere circa hũc infirmuȝ in hoc loco ꝛ in pte hac ꝗ̃ circa aliũ infirmũ in eadẽ infirmitate laborantẽ in alio loco ꝛ ĩ alio tpe. Ista auteȝ annexa cognoscit expertus ex multa cognitiõe singulariũ: q̄ nõ oportet cognoscere artificeȝ vt artifex ẽ: qꝛ licet de singulari posset per se cognoscere ꝓpter q̇d si applicet: non tñ cognoscet annexa ꝑ habitũ artis: iõ expꝫtus certi⁹ operat̃. Itẽ etiam ex hoc qꝛ expert⁹ ex freq̄nter agere habet habitũ ĩ potẽtia motiua qua exequit̃ operationẽ: vt citharedа expertus habet quẽdã habitũ ĩ manu ex frequenter agere quẽ nõ hȝ inexpert⁹: ꝛ qꝛ ille habit⁹ multũ facit ad expedite agendũ: iõ expꝫtus hñs talẽ habitũ citi⁹ operat̃.

Experti quidem

quẽ sciũt licet ꝓpter q̇d. Consequẽter compat experimentũ ad artẽ q̄tũ ad cognitionẽ ostẽdẽdo p̄eminẽtiã artis ꝛ sciẽtie dicẽs: Illi q̇ sciunt cãȝ ꝛ ꝓpter quid sunt sapiẽtiores ꝛ sciẽtiores illis qui ignorant cãm: sed solũ sciũt quia: experti auteȝ sciunt quia: sed nesciunt ꝓpter quid. Artifices autem sciunt causam: quia sciunt propter quid: et nõ solum quia: ideo sapientiores sunt expertis. Item ad hoc arguit̃ sic. Signũ scientis est posse docere: artifices aũt docere possũt: quia causas cognoscũt: experti aũt nõ cuȝ causas ignorent: ꝛ si ea que experimẽtis cognoscũt alijs tradant: nõ per modũ sciẽtie recipient̃ sed opinionis. Uñ patet ꝙ artifices sunt magis sapiẽtes ꝛ sciẽtes expertis. ¶ Ad euidentiã autẽ huius q̇d dicitur: ꝙ actus et generationes sunt circa singularia. Notanduȝ ꝙ hoc intelligit̃ de actu transeũte: cuiusmodi est edificare: nõ immanente sicut est intelligere. Actus eñ intelligẽdi maxime est circa vniuersale: de hac distinctione act⁹ dictũ est .iij. phisicoꝝ. ¶ Notandũ insuꝑ ꝙ licet potentie distinguant̃: id est notificentur distingui per actus: et act⁹ per obiecta: nõ tamẽ ex distinctione numerali actuuȝ ꝛ obiectoꝝ sequit̃ distinctio numeralis potentie: q: nõ ex quacunq; vnitate vel diuersitate obiecti vel act⁹: sequit̃ vnitas vel diuersitas potentie. sed ex vnitate vel diuersitate ſm genus ¶ Circa predicta tñ potest dubitari an singularitas sit rõ formal' obiectiua sensus. Pro cuius euidẽtia notandũ: ꝙ sicut declarabitur .iiij. ꝛ .vij. hui⁹: oportet dare p̃ter vnitatẽ vniuersalis ĩ actu aliquam vnitatẽ realem minorẽ vnitate numerali: que est prior ex natura rei vnitate vl'i in actu a qua mouet̃ intellectus ad causanduȝ aliquod cõmune ab hoc singulari: ꝛ ab illo eiusdẽ spẽi magis ꝗ̃ diuersaꝝ specieꝝ: aliter vniuersale ponit̃ fictio: ꝛ ꝓbo etiã ꝓ nũc vna ratione: quia circumscripto omni intellectu: hec albedo ꝯuenit magis cũ illa albedine magis ꝗ̃ cũ aliquo alterius speciei vel generis. Ista ꝯueniẽtia nõ ẽ de secũdo vel tercio modo relatiuoꝝ: vt patet istos modos intuẽti .v. Metaphisice: ergo de p̄mo modo: ꝛ sic fundat̃ super vnum: igitur ista vnitas est realis: quia relatio realis nõ potest fundari super ens rationis tm̃: sed hec vnitas nõ est numeralis: igit̃ aliqua minor. vnde dico ꝙ illud vnũ reale precedens actũ intellectus est vnũ ĩ multis quãtũ ẽ de se: sed est vnũ p̃ter multa vel de multis ꝑ intellectũ abstrahentẽ ꝛ predicantẽ illud de multis: ꝛ tũc est actu vniuersale: et nõ p̄us: qꝛ ambe ꝯditiones requirũt̃ ad vniuersale: vt patet ex .j. posterioꝝ.

de filio q̄ pōt generare p̄re mortuo Secūda d̄ria ē ꝙ ī causis eētialiter ordiatis ē causalitas alteri⁹ ⁊ alteri⁹ ordinis qꝛ supior ē ꝑfectior: ſꝫ ī accidētaliter ordinatis nō ē sic: ista d̄ria sequit̄ ex p̄ma qꝛ nulla cā eētialit̄ depēdet ī causādo a cā eiusdē ordinis: qꝛ ī causatōe alicui⁹ sufficit vnū vni⁹ rōis: ex ista d̄ria sequitur manifeste ꝙ cause eētialit̄ ordinate sūt alt̄i⁹ ⁊ alt̄i⁹ spēi. Cāe v̄o accn̄talr ordiāte sūt eiusdē speciei. Tercia d̄ria ē: ꝙ oēs cāe eētialiter ordiate sīl' ꝯcurrūt ⁊ reqrunt̄ ad causandū effectū: alioq̄n aliqua ꝑ se rō causalitat̄ deesset effectui siue aliq̄ cālitas: ſꝫ in accn̄taliter ordinatis nō nec̄ario reqrit̄ simultas oīm cāꝝ ī causādo: et hec d̄ria tercia sequit̄ ex p̄ma ⁊ scd̄a: licꝫ aūt nō sit ꝓcessus ī infinitū ī causis eētialiter ordinatis: vt ꝓbatū ē p̄us: bn̄ tn̄ ē ꝓcessus ī infinitū in accn̄taliter ordinatis s̄m .p. q̄ posuit ꝙ gn̄ātio nūq̄ incepit: ⁊ ꝑ ꝯn̄s fuerūt gn̄ātiōes infinite: ſꝫ q̄libet gn̄ātio hꝫ cām ꝓpriā efficientē ꝓximā: ⁊ finē ⁊ māꝫ ī his q̄ gn̄ānt̄ ꝑ ꝓpagationē: ⁊ forma ē termin⁹ cuiuslibet: ⁊ sic sunt cāe infinite accn̄taliter ordinate: nō tn̄ eētialit̄. Et si arguas ꝙ sit ꝓcessus etiā ī infinitū ī eētialit̄ ordinat̄: qꝛ inter p̄mū efficiēs ⁊ qd̄libet aliud efficiēs ē distantia infinita: ḡ pn̄t capi media īfinita. Añs patꝫ: qꝛ primū efficiēs ē īfinitū: ⁊ alia efficiētia finita: int̄ aūt finitū ⁊ infinitū ē distātia infinita: ꝓbatio ꝯn̄tie: qꝛ q̄to aliq̄ maḡ distāt tāto sūt plura media int̄ ista. Re. duplex est distātia: q̄dā dimēsiua: q̄dā ꝑfectiōis: si loq̄mur de distātia ꝑfectōis sic ꝯcedo añs: ſꝫ tūc nego ꝯn̄tiā: sicut ptꝫ d̄ ꝯrijs q̄ maxime distāt tali distātia: ⁊ tn̄ sūt aliq̄ ꝯria nō habētia mediū Ad ꝓbationē ꝯn̄tie patꝫ ꝙ ꝓcedit de distātia dimēsiua: de qua añs ē negādū: sicut pꝫ d̄ se: qꝛ inter deū ⁊ creaturā nō ē distātia localis vel dimēsionis sed ꝑfectionis.

Cōtingit aūt auditiones.

Cōseq̄nter ondit .p. modū ꝓcedendi ī inq̄sitiōib⁹ v̄itatis: di. ꝙ cū nō sit facile ꝙ hō duo sil' capiat: ſꝫ dū ad duo t̄edit neutrū cape pōt: absurdū ē ꝙ hō sil' q̄rat cognoscere sciam ⁊ modū sciendi q̄ ꝯuenit scie. Ex q̄ patꝫ ꝙ hō p̄us dꝫ addiscere logicam q̄ alias scias: qꝛ logica tradit cōem moduꝫ ꝓcedēdi in oībus sciētijs. modus aūt ꝓprius singulariuꝫ scientiaꝝ in singulis scientijs circa p̄ncipiū tradi debet.

Acribologia vero mathematica

thematica nō in oīb⁹ ē expetēda. Ondit ꝙ diligēs ⁊ certa rō sicut ē ī mathematicis nō dꝫ requiri in oīb⁹ reb⁹ de q̄b⁹ ē scia: sed dꝫ solū reqri in his q̄ non habēt materiā: ea eñ q̄ habēt materiā subiecta sūt motui ⁊ variatiōi: ⁊ id̄o nō pōt ī eis oīmoda certitudo h̄ri: requirit̄ eñ in eis nō ꝙ sp̄ sit ⁊ ex necessitate sed ꝙ sit vt in plurib⁹: immaterialia v̄o s̄m seip̄a sūt certissima: qꝛ sūt īmobilia: ſꝫ illa q̄ ī sui nā sūt īmaterialia nō sūt certa nobis ꝓpter defectū intellect⁹ nr̄i: vt s̄. dictū ē: cuiusmodi sunt sub̄e sep̄ate.

Finit secūd⁹ liber metaphisice Incipit tercius:

Necesse ē ad quesitā sciam nos aggredi.

Postq̄ p. in scd̄o li. ostēdit modū ꝯsiderande v̄itatis: hic ꝓcedit ad v̄itatis ꝯsiderationē: qꝛ in hoc toto tertio ꝓcedit mō disputatiuo plura dubia mouendo: ⁊ ad vtrāq̄ p̄tē arguēdo. Quia v̄o de dubijs q̄ hic mouet nil p̄bs determinat hic: sed ī li. seq̄nti de ip̄is determinabit: id̄o hic p̄cise duo tangā q̄ in hoc tercio dicit. Primū ꝙ Aris. mouet hic dubiū: an q̄libet scientia habeat demōstrare ꝑ oīa genera causaꝝ. Circa qd̄ p̄mo dicit: ꝙ ī imobilib⁹ .i. ī mathematic̄: q̄ nō mouēt nec mouent̄: sed abstrahūt a motu ⁊ a mā sensibiliū: nō ē efficiēs neq̄ finis: nō eñ ē in his efficiēs sine motu vt ē ip̄e deus: nec efficiēs ꝑ motū: vt ē oē aliud efficiēs ab eo: cuꝫ hm̄oi vt sic nō habeāt aliqd̄ esse reale. Itē in eis nō ē finis qd̄ ē bonū s̄m se: ī qd̄. s. oīa

ordinant: licet bñ reperiat in eis rõ boni eo modo quo sunt entia: et ordinant in vltimũ finẽ. In phisicis aũt reperiri possunt oĩa genera causarum: vñ causa domus: vñ principiũ motus ẽ edificator: cã vo finalẽ habitus seu vsus ipsius: cã vo materialis sunt ligna et lapides. Cã aũt formalis ẽ forma domus: ĩ metaphisicis aũt reperit causa efficiẽs: cũ ibi psiderent prime cause. Reperitur etiã causa finalis cũ ibi tractet de prima intelligẽtia que est finis oĩm: reperitur etiaz causa formalis: cum ibi psiderent rerum quidditates: que maxime sumunt a forma q̃ est principiũ cognoscẽdi: mã aũt ibi nõ psiderat nisi sub rõne entis. Scõm h tãgẽdũ ẽ q Aris. dicit q ens nõ ẽ genus: qz ens pdicat de drñijs: genus aũt nõ: qd sic tho. exponit: Genus ĩ qd p se nõ pdicat de drñijs: qz drña nõ ponit ĩ diffõne generis nec genus ĩ diffõne drañ. Ens aũt pdicat d drñijs. Qd sic exponit fm Sco. di. iij. pmi sen. vbi dicit q duplex ẽ drña: quedã cũ põt sumi a pte essentiali vltima que ẽ res et natura. Alia ab illo a q sumit conceptus generis. Sicut si ponat pluralitas formarum: et genus dicatur sumi a pte essentiali priori: et differentia specifica a forma vltima: tũc sicut ens dicit in quid de illa pte essentiali a qua sumit drñia specifica: ita dicit ĩ quid d tali differẽtia in abstracto: ita q sicut hec ẽ in quid aĩa intellectiua ẽ ens: accipiẽdo eundẽ pceptũ fm quẽ dicit de hoĩe vel albedine: ita hec est in quid: rationalitas ẽ ens si rationalitas sit talis differentia: sed nulla talis est vltima: qz ĩ tali cõtinẽtur realitates plures distincte ex natura rei: et tũc talis natura põt cõcipi fm aliqd: hoc est fm aliquã pfectionẽ et realitatẽ: et fm altã ignorari: et iõ talis nature pceptus nõ ẽ simpliciter simplex: sed vltima realitas siue pfectio realis talis nature: a qua vltima realitate sumit vltima drñia ẽ oĩno simpliciter simplex: et illa realitas nõ includit ens qdditatiue: sed hz pceptũ simpliciter simplicẽ: vñ si tal realitas sit a: hec nõ ẽ vera in qd inqtũ ẽ ens: sz ẽ p accidẽs: et hoc siue a dicat realitatẽ illã siue drñtiã in abstracto sumptã a tali realitate: qa ergo ens dicit in qd de aliquibus drñtijs sequit q ens nõ est genus pter nimiã cõmunitatẽ entis. Nullũ em genus dicit de aliqua drñtia inferiori in qd: necq de illa que sumit a forma: neqz de illa que sumit ab aliqua realitate forme: qa semp illud a quo sumit conceptus generis fm se est potẽtionale ad illã realitatẽ a qua sumit conceptus differẽtie siue ad illã formã siue differẽtia sumat a forma. ¶ Iuxta pdicta posset dubitari: an genus predicet per se de differẽtia: videt q sic: qz homo p se ẽ rationalis: ergo rationale p se est homo: ergo rõnale p se est animal. Prima psequẽtia pbat: qz ppositio necessaria cõuertit in necessariã: ex. j. posteriorum: ergo p se in p se. Secũda cõsequẽtia pbat: quia homo p se est animal: si ergo rationale p se ẽ hõ sequit q erit p se animal. Preterea homo p se est animal: homo p se est ratiõalis: ergo rõnale p se ẽ animal. Ista psequẽtia pbat: qz sicut ex pmissis necessarijs sequit pclusio necessaria: sic ex p se conclusio p se. Preterea. vij. huius habetur: q quando aliquid p se de aliquo pdicat in pcreto pmo mõ: etiã vnũ pdicat de alio in abstracto Iste igitur sunt vere: humanitas ẽ ratioalitas: et humanitas est animalitas: quia iste sunt p se primo mõ: hõ est animal: et hõ est rationalis: ergo sequit q rõnalitas est aĩalitas: et tunc concretũ predicabit p se primo modo: dicendo rationale ẽ animal. Preterea si genus p accidens predicet de differẽtia: ergo p accidẽs pdicabit d specie. Cõsequẽs ẽ falsum: g et ãtecedẽs. Probatio cõsequẽtie: qñ aliquid predicat p accidens: de aliquo predicat p accidẽs de quocũqz in quo illud formaliter includitur: differẽtia autẽ formaliter includitur in specie: ergo si genus predicat p accidẽs de differẽtia: p psequens etiã de specie. ¶ Cõtra pbs in lra. Itẽ si sic: sequeret q vnũ animal esset multa

animalia: consequens est falsum: ergo et antecedens: probatio consequentie: quia animal et rationale includuntur in conceptu quidditativo speciei: puta hominis: aut ergo idem animal importatur per genus et differentiam: aut aliud et aliud. Si primum: ergo erit nugatio in diffinitione hominis: si secundum: sic habetur propositum: quia tunc homo erit duo animalia. Respondendo dico quod genus non predicatur per se de differentia: quod patet per Avicennam v. metaphisice sue: ubi dicit quod licet genus et differentia predicentur de toto: id est de specie per se: non tamen significat totum per se: sed genus significat materiale: et differentia formale. Utrumque significat partem: species autem per modum totius et sicut materiale est extra formale: sic conceptus generis est extra conceptum differentie. Ad argumenta: ad primum neganda est prima consequentia: quia est fallacia consequentis. Perseitas enim propositionis signat causam predicati esse in subiecto: superius autem non habet causam quare inferius sibi insit sed magis econverso. In subiecto ergo potest esse causa inherentie predicati: licet in predicato non sit causa quod subiectum sibi insit. Ad probationem dico quod non valet similitudo de propositione necessaria et de propositione per se. Ratio huius est: quia antecedens non potest esse verum necessario nisi consequens sit necessarium: alioquin possit esse verum sine illo. Propositio ergo conversa non posset esse vera necessario que se habet ut antecedens: nisi propositio convertens que se habet ut consequens: sit etiam necessaria. Verumtamen antecedens potest habere causam: quia predicatum inest subiecto: sed non econverso: ut dictum est aliquando universalis affirmativa converteretur simpliciter: quia per se presupponit de omni: propositio que per se non necessario convertitur in per se. Ad secundum per idem patet: quia licet ex premissis necessariis que se habent ut antecedens in syllogismo non possit sequi nisi conclusio necessaria que se habet ut consequens: alioquin premisse possint esse vere sine conclusione: tamen ex premissis per se potest sequi conclusio per accidens licet necessaria.

¶ Contra hoc. i. posteriorum dicitur: quod si per accidens: quod non est necessarium. Respondeo: illud est verum de accidentibus comparatis ad subiectum. Predicatio enim per accidens generis et differentie: non est aliquis modus per accidens qui opponatur ad necessarium: de quo per accidens habetur. i. posteriorum quando vicem accidens predicatur de subiecto: vel subiectum de accidente: vel accidens de accidente: de tali verum est quod si accidens ergo non necessarium. Differentia autem non inest proprie per accidens generi nisi accipiendo inesse alicui per accidens quod est extra eius conceptum quidditativum et formalem: et ideo talis predicatio per accidens potest simul stare cum necessario. ¶ Ad tertium dicendum quod premisse sunt false. s. humanitas est animalitas: et similiter animalitas est rationalitas. Ad probationem dicendum quod concretio est duplex et duplex abstractio. Una concretio est ad subiectum: puta quando aliquid denominat aliquid extra essentiam suam. Alia est ad suppositum: puta quando aliquid significat per modum denominantis aliud proprie nature Exemplum primi: homo est albus: album denominat subiectum quod est extra essentiam albedinis. Exemplum secundi: ut hec albedo est albedo: hic albedo denominat suppositum albedinis quod est eiusdem nature Similiter duplex est abstractio correspondens: una est a subiecto: alia a supposito proprio Exemplum primi: cum albedo abstrahitur ab homine. Exemplum secundi: cum albedo abstrahitur ab hac albedine et homo ab hoc homine. ¶ Ad formam autem rationis dico: quod dictum philosophi. vij. huius verum est de concretis et abstractis secundo modo et non primo. unde si hec est vera: hic homo est homo: ista est vera: hec humanitas est humanitas. Non enim sic se habet in abstractis et concretis primo modo. Non enim valet: si homo est albus: ergo humanitas est albedo Sic ad propositum non valet: homo est rationalis: ergo humanitas est rationalitas Et causa est: quia rationale in concreto: id est dicitur vel predicatur de homine: quia ratione suppositi dicitur per modum totius. In abstracto autem aufertur ille modus et significat

ꝑ modū ꝑtis. Pars autē non ꝑdicat de
toto: quare iste ambe sunt false: humani
tas est rationalitas: ⁊ animalitas est ra
tionalitas. ¶ Ad quartū negādo conse
quentiā. Ad ꝓbationē dicendū: ꝙ ma
ior ꝓbationis est vera de ꝑdicatione ꝑ
accidens ꝓprie sumpta. Si autē genus
ꝑdicat ꝑ accidēs de differētia: nō est ꝑ-
dicatio ꝑ accidens ꝓprie sumpta: quia
nō est in aliquo modo trium qui ponun
tur in primo posteriorū: de quibus pri-
us dictū est: sed est ꝑ accidēs largo mo-
do: eo ꝙ predicatum est extra rationē
subiecti: ⁊ vt sic per accidens distingui-
tur contra per se. ¶ Circa predicta no
tandū: ꝙ ſm magistrū Boneti in ꝑmo
Metaphisice sue: Differētia ē inter ho
minē ⁊ humanitatem: ac similia concre
ta ⁊ abstracta de genere substātie: que
quidē licet nō differāt nec realiter nec
formaliter: nec aliqualiter ex natura rei:
differūt tamen in hoc solo: quia abstra-
ctum est nomen impositū ad significan-
dum quidditatē: prout connotat precisi
onē ab omi predicato posteriori ꝑ acci-
dens et per se. Secūdo: sicut equinitas
est tm̄ equinitas: ly tm̄ excludit ab om
ni predicato posteriori siue per se siue ꝑ
accidens: sed nō ab omni predicato pri
mo: quia nō ab omni predicato per se ꝑ
mo. Sed concretum est nomen imposi-
tum ad significandum penitus quiddi-
tatē: sed non cum tali precisione: sed vt
indifferens ad predicata per se ⁊ per ac
cidens. ¶ Quia iō dictum de predi-
catione per se et per accidens et predi-
catum denominās aliquando predica-
tur de subiecto per se: ⁊ aliquando ꝑ ac
cidens: ideo aliqua tangam de predica-
tione denominatiua. Est autē predica
tio denominatiua: vt dicit idem doctor
in tercio metaphi. sue: illa in qua predi
catū dicitur inesse subiecto in quadam
adiacentia: ⁊ ex hoc sequitur ꝙ ipsū de
nominat: id est ꝙ subiectum ſm nomen
predicati habet appellationē: sicut quā
do albedo denominatur inesse subiecto
in quadā adiacentia ⁊ formali inherē-
tia: tūc subiectū denominat: ⁊ ſm ap po
sitionē sui nominis subiectum dicit esse
album. Denominans enī ⁊ denomina-
tum eodem nomine denominantur: ni-
si ꝙ denominatū habet nomen effectus
formalis et denominans retinet sibi no
men forme. Denominatio autem que-
dam est intrinseca in qua predicatū de-
nominās intrinsece adiacet subiecto: si-
cut albedo parieti. Alia autē est deno-
minatio extrinseca: in qua predicatum
nō adiacet: nec est vnitum rei denomi-
nate: vt color dicit visus denominatio-
ne extrinseca a visione que est in oculo.
Predicatū autem denominās aliquan-
do predicatur per accidens de subiecto
⁊ est res alia a subiecto. Aliquādo aūt
predicat de subiecto in secūdo modo di
cendi per se: et est idem realiter cū sub-
iecto: vt homo est risibilis. Aliquando
predicatur in primo modo dicendi per
se de subiecto: et tamen cū hoc predicat
denominatiue: vt homo est animatus.
Aliquādo predicatū denominās est idē
cum subiecto realiter: non tamen idem
predicatur primo modo nec secūdo mo-
do: sicut differētia de genere: ⁊ econuer-
so. Hec ille.

Explicit tercius liber Metaphisice. Incipit quartus.



St sci-
entia que specula-
tur ens inquantuz
ens: ꝛ que. In p̄
cedēti libro phs
disputatiue ꝓcess-
sit de his que de-
bēt in hac sciētia
cōsiderari: hic in
cipit ꝓcedere demōstratiue: determinā
do veritatē questionū motaꝝ. Et qꝛ pri
us optet cognoscere modū scientie ꝙ ꝓ
cedere in scientia: vt dictū est in .ij. hu-
ius: ideo in hoc quarto cōsiderat ea cir
ca que versat hec scientia: ꝛ primo stabi
lit subiectū huius sciētie dicēs: ꝙ ē que
dā scientia que speculat ens inquantuz
ens sicut subiectū: ꝛ que huic insunt per
se: id est ꝓprias eiꝰ passiones. Dicit aūt
ſm ꝙ ens: quia sciētie alie q̄ sunt de en-
tibus ꝑticularibus ꝯsiderant quidē de
ente: cuz oīa subiecta scientiaꝝ sint en
tia: nō tamē ꝯsiderāt ens ſm ꝙ ens .i.
ſm rationē entis in cōi: sed ſm ꝙ hmōi
ens .s. numerus vel linea vel hmōi. Di
cit aūt: que huic insunt per se ꝛ non sim
pliciter q̄ huic insunt: ad denotandū ꝙ
ad sciām non ꝑtinet ꝯsiderare de his q̄
ꝑ accidēs insunt subiecto suo: sed solum
de his q̄ ꝑ se insunt. Dicit etiā ꝙ nulla
aliaꝝ scientiaꝝ tractat vniuersaliter d̄
ente: ꝛ ꝙ ista sciā hꝫ ꝯsiderare p̄ma p̄n
cipia ꝛ primas cās: vt dictū est in p̄mo:
que quidē sunt cause entis. Ex quo ptꝫ
ꝙ ens inquantū ens est subiectū in hac
scientia: quia illud subiectū est ī illa sciē
tia cuiꝰ principia ꝛ per se passiones que
runt. ¶ Ad euidentiā huiꝰ notandum:
ꝙ cū metaphisica sit scientia realis: op-
tet ꝙ eiꝰ subiectū dicat ꝯceptū vnuz rea
lē: cū subiectū sit causa ꝛ mensura scien-
tie: maioris autē entitatis nō est effectꝰ
ꝙ cā. Si ergo sciētia sit realis: optet ꝙ
subiectū sit quid reale. Uñ sicut sortes ꝛ
plato ꝯueniūt in rōne humanitatis ita
ꝙ est eadē humanitas ī sorte ꝛ platone
a parte rei: cū sortes et plato circūscpta
operatiōe intellectꝰ plus ꝯueniūt adin-
uicē ꝙ duo indiuidua diuersaꝝ specieꝝ
inquātuz eadē humanitas ī amboḃꝰ est
nō quidē eadē numero: alia est humani
tas numero in Sorte ꝛ alia in platone.
Sed ē eadē ꝛ vnitate sibi ꝓpria. Simi-
liter duo animalia diuersarū specieꝝ cō
ueniūt in rōne aīalitatis: nō ꝙ in eis sit
vna aīalitas vnitate numerali vel speci
fica: sed vnitate sibi ꝓpria. Sic suo mō
deꝰ ꝛ creatura: substātia ꝛ accidēs ꝯue
niūt in vno ꝯceptu reali entis q̄ ē vnus
in ipsis vnitate sibi ꝓpria: cum a ꝑte rei
plꝰ ꝯueniāt deꝰ ꝛ creatura ꝙ ens ꝛ nihil
In p̄dictis aūt licet sit aliqua silitudo: ē
tñ magna difformitas. Licet eñ deꝰ et
creatura ꝯueniāt in vno ꝯceptu entis: q̄
q̄dditatiue includit in ꝯceptu dei ꝛ cre
ature: nō tñ ꝯueniunt ī aliqua realitate
potentiali ꝛ ꝯtrahibili ad ipa per alias
realitates seu drñas: sicut ꝯueniūt spēs
eiusdē generis: cū eñ deꝰ sit simplex nō
est in eo ordo realitatū quaꝝ vna cōtra
hat aliā: ꝛ hec ē vna rō quare deꝰ nō est
in genere ſm Sco. viij. di. p̄mi. sen. ꝛ
ij. di. tercij. Realitas eñ generis ē po-
tētialis ad realitatē drñtie ꝛ ꝑ eā ꝯtrahibi
lis: vt hō ꝛ equꝰ ꝯueniūt ī realitate aīa-
litatis: q̄ ꝯtrahit ꝑ rōnalitatē ꝛ irratio
nalitatē: per conceptū aūt entis non in
telligo actū concipiēdi vel intelligendi
qui ē in anima subiectiue. Actus eñ cō
cipiēdi cū sit quedaz qualitas de prima
specie qualitatis nō est trāscendens nec
cōis deo ꝛ creature: sed ꝑ ꝯceptū entis
intelligo rationē formalē obiectiuā en-
tis: hoc ē ipaz quidditatē entis ꝯcepti-
bilē que habet esse obiectiue in intelle-
ctu. Esse eñ ī intellectu pōt ītelligi du
pliciter. Uno mō subiectiue: vt spēs et
habitꝰ sunt in aīa. Alio mō obiectiue: ꝛ
hoc dupliciter. Uno mō habitualiter
ꝛ primo mō: qñ .s. est ibi per speciē ma-
nentē in intellectu immediate motiuaz
ad intellectionē: ꝛ sic obiectū concepti-
bile est in anima añ actuz concipiendi.
Alio modo actualiter ꝛ secūdario: ꝯue

ta quãdo iã actu mouet ⁊ intelligitur: ⁊ sic obiectũ cõceptũ habet esse in anima. Ad ꝓpositum dico ꝙ conceptus entis habet esse obiectiue in anima ꝑmo mo= do nõ secundo. De ista materia dictuȝ est aliqualiter. j. huius: tercio ca. ⁊ de= cetero magis dicet. vij. huius.

Ens autez quidẽ mul

tis dicit modis. Ostẽdit pħus quõ me taphisica habet cõsiderare de substãtia et accidentibus. Quod ꝓbat ꝑ hoc ꝙ nõ solũ ad vnã scientiã spectat ꝯsidera= re d his q̃ dicunt ſm vnũ. i. que vniuo cant ĩ vno ꝯceptu: sed etiam de his q̃ di cunt ad vnũ: id ẽ que cõueniũt ĩ aliquo analogo. Licet autem ens nõ dicat eq̃ uoce de substãtia ⁊ accidẽte: tamẽ dicit analogice. Quod ꝓbat: quia sicut sani= tas dicitur de animali principaliter: q̃a animal est receptiuuȝ sanitatis: ita dicit de vrina per posterius inquantũ est in= dicatiua sanitatis: sic ens per prius di= citur de substãtia inquantũ est ens per se. Deinde dicitur de ꝓprietatibus sub stãtie ⁊ eius accidẽtibus inquãtum ha= bent esse in alio. ¶ Tercio modo dicit de generatiõe inquãtum est via in esse: et de corruptione inquantum est via in nõ esse. Quarto dicitur de priuationi= bus ⁊ negatiõibus inquãtum priuãt ip sum esse. Vñ dicimus ꝙ nõ ens est nõ ens: quod nõ esseȝ nisi negationi aliquo modo esse competeret. Tale autez esse licet forte nõ sit ĩ re: tamẽ ad minus est ĩ intellectu: quia ratio de talibus nego= ciatur quasi de quibusdã entibus: dum de eis aliquid affirmat vł negat. ¶ Ex verbis ꝑdictis pħi potest oriri dubium an ens sit vniuocũ. Pro cuius discussio ne primo recitabo vnã opinionẽ: secũdo dicam aliter ad questionẽ. ¶ Quantũ ad primũ est vna opinio tenẽs partẽ ne gatiuã: que primo probat auctoritatibꝰ pħi positis supra: scȝ ꝙ ens dicit de en= tibus sicut sanuȝ de sanis ⁊c̃. ⁊ sic ẽ ana gogũ: ergo nõ vniuocum. Preterea: pri mo phisicorũ dicitur: ꝙ principiũ pro= cedẽdi cõtra Permenidẽ ⁊ Mellissum ẽ: ꝙ ens dicit multipliciter. Itẽ auctο= ritate Porphirij d̃r: Si quis oĩa entia vocat equiuoce nũcupabit Preterea ar guit ꝑ ratiões ꝑmo sic: Si ens ẽ vniuo cũ ad om̃ia entia: ergo ens ẽ genꝰ. Cõ= sequẽs ẽ falsum ⁊ cõtra pħm. iij. meta. ergo ⁊ añcedẽs. Cõsequẽtia ptȝ: q: tũ c ens dicit ĩ q̃d de pluribꝰ drñtibꝰ spẽ: qđ ẽ ꝓpriũ generis. Cõfirmatur ratio: q̃a si ens est hm̃oi: ergo ꝑdicat de entibus sub ratiõe alicuiꝰ vniuersalis nõ differẽ tie: quia nõ ꝑdicatur ĩ quale: nec ꝓpriũ nec accidẽtis: quia hec sunt extra essen= tiam ipsoꝝ de quibus dicuntur. Nõ sic ens: nec predicabitur vt species. Patȝ: ergo relinquitur ꝙ predicetur vt genꝰ Preterea si ens est vniuocũ ad decẽ ge nera: ergo descendit in illa per aliquas differẽtias: sint ille a et b: aut igitur a ⁊ b includũt ens aut nõ: si sic: ergo in con ceptu cuiuslibet generis generalissimi includit bis ipm ens: ⁊ per ꝯsequẽs nu gatio. Si nõ: ergo a ⁊ b nõ sunt entia: ⁊ tũc nõ ens erit de intellectu entis: q: a ⁊ b includũtur in cõceptibus decẽ ge neꝝ que sunt vere entia. ¶ Preterea il lis que sũt immediate ⁊ totaliter sub ex tremis ꝯtradictionis nõ ẽ cõmune vni= uocum: sed deus ⁊ creatura: substãtia ⁊ accidẽs sũt hm̃oi: q: sunt sub istis extre mis ꝯtradictiõs. s. depẽdere ⁊ nõ depẽ dere: causatũ ⁊ nõ causatuȝ: esse sub alio ⁊ nõ sub alio. Patȝ ergo ꝙ nihil est eis cõmune vniuocũ. Maior patȝ: q: om̃is cõceptꝰ est neuter respectu illoꝝ quibꝰ est cõmunis: sed nullus ẽ ꝯceptus neu= ter respectu ꝯtradictorioꝝ: sed ẽ neces= sario alter illoꝝ: alioq̃n cõtradictio ha= beret mediũ. Preterea que sunt primo diuersa ⁊ se totis distincta ĩ nullo ꝯueni unt: sed deus ⁊ creatura sunt hm̃oi: er go ⁊c̃. Maior est euidẽs: sed minor ꝓ= bat: q: alioq̃n deus haberet quo ꝯueni ret ⁊ quo differret a creatura: et ita nõ esset simpliciter simplex. ¶ Quãtũ ad scdm articulũ ẽ alia opi. Sco. iij. ⁊. iiij dist. primi sen. quã teneo tanq̃ verã: ꝙ

ens est vniuocū cōe deo ⁊ creature: sub
stātie ⁊ accidēti: ⁊ generaliter omibus
entibus de quib⁹ predicaṫ. Ad cu⁹ eui-
dentiā primo premittā vnā distinctionē
secūdo ostēdēdo triplicem cōclusionez.
De primo sciēdum est ꝙ est vniuocatio
triplex: quedam est vniuocatio phisica
quedā logica: quedā metaphisica. Vni
uocatio phisica est vnitas nature ex na-
tura rei circumscripta omi opatiōe in-
tellectus. De ista vniuocatione loquiṫ
phus. vij. phisicorū: quādo dicit ꝙ in
specie specialissima est ꝓpria vniuocatio
⁊ nō in genere: quatenus species dicit
vnam naturam: nō autem genus sed la
tēt equiuocatiōes ī generibus. Genus
autem diciṫ equiuocū equiuocatiōe op-
posita vniuocatiōe phice: eo ꝙ nō corre
spōdet sibi vna natura extra sed plures
Uniuocatio logica est vnitas alicui⁹ re-
alitatis vel intētionis prime sub vna in
tētiōe logice ꝯcepte. Uerbi grā: Sub
intētiōe generis vel differētie vel alicu
ius alteri⁹ secūde intētionis: logic⁹ em̄
cōsiderat huiusmodi secūdas intētiōes
adiūctas primis. Ex quo ꝯcludo ꝙ ali-
quod trāscendēs est ꝓprie vniuocū vni-
uocatiōe logica: quia licet nulla secūda
intētio ī genere: puta gen⁹ vel differen
tia ⁊c. competat alicui trāscendēti ⁊ exi
stēti extra genus sicut patet. Aliqd ta-
mē sibi ꝯuenit saltem intētio vniuersali
tatis: que est logica ⁊ secūda itētio. Se
cūdo ꝯcludo correlarie ꝙ aliquod ē vni
uocū vniuocatiōe logica: et equiuocum
equiuocatiōe phica: nec hoc repugnat: pa
tet em̄ ex dictis ꝙ gen⁹ est vniuocū vni
uocatiōe logica: ⁊ equiuocū equiuocati
one phica. Uniuocatio metaphisica est
vnitas alicuius prime intētiōis abstra-
hibilis a plurib⁹ p intellectū ex natura
rei circumscripta quacūq; intētiōe secū
da vel logica. Et hoc modo trāscēden
tib⁹ nō repugnat vniuocatio vt dicetur
Ex quo ꝯcludo correlarie ꝙ aliquid ē
vniuocū metaphisice qḋ nō est vniuocū
phice ꝓprie loquēdo. ¶ De scḋo articu
lo sit ista prima ꝯclusio: ens cōmuniter
sumptū nō est vniuocū omib⁹ entib⁹ vni
uocatiōe phisica: hoc patet cuz ꝯceptui
entis nō correspōdeat vna natura ī re.
¶ Secūda ꝯclusio est ista: Ens cōmu-
niter sumptū est vniuocuz omib⁹ entib⁹
vniuocatiōe logica: hoc patet: qꝛ dicit
vnā realitatē vel primā intētionē ꝯce-
ptā sub vniuersalitatis intētiōe que est
intētio secūda vt predictuz est. Tercia
ꝯclusio est ista: Ens cōmuniter sumptū
est vere vniuocū omibus entibus vni-
uocatiōe metaphisica: sic intelligēdo ꝙ
ens dicit aliquem vnū ꝯceptū ⁊ realem
abstrahibilez ab omib⁹ participātibus
ens quidditatiue: s̄m quem ꝯceptū ens
est ꝑdicabile de omi ente vniuoce et re
aliter ⁊ in quid. Hāc ostendo sic: primo
auctoritāte phi in littera dicētis: ꝙ ens
dicitur multipliciter: nō tamē equiuo-
ce. ergo vniuoce. Probaṫ ꝯsequētia: qꝛ
vniuocū ⁊ equiuocū sunt immediata: vt
patet ex diffinitiōibus eorū. ¶ Itez ar-
guiṫ sic: Omis intellect⁹ certus de vno
cōceptu et dubius de diuersis in quib⁹
ille certus includitur quidditatiue ha
bet conceptum illum de quo est certus
alium a ꝯceptibus de quibus est dubi-
us vniuocū illis. Sed intellectus ho-
minis potest esse certus de aliquo ꝙ sit
ens: dubitando an sit deus vel creatu-
ra: substātia vel accidēs: ⁊ sic de alijs ī
quibus conceptus entis quidditatiue
includitur sicut patet: igitur cōceptus
entis est alius a ꝯceptibus illis dubijs
⁊ vniuoc⁹ illis: ita ꝙ ex se est neuter: ⁊
includitur in utroq; eorū. Maior ꝓba-
tur: quia impossibile est eūdem ꝯceptū
eidē intellectui esse certū ⁊ dubiū simul
igitur vel est alius: ⁊ sic habeṫ ꝓpositū:
vel nullus: ⁊ tūc nō erit certitudo ḋ ali
quo ꝯceptu. Est igitur alius ⁊ si quiddi
tatiue includitur ī illis: sequitur ꝙ nō
erit tm̄ alius: sꝫ etiā vniuocus illis: ⁊ mi-
nor declaraṫ primo de deo ⁊ creatura:
qꝛ quilibet phus fuit in hoc cert⁹: quia
ponebat primū principiū esse ens: puta
vnus qui posuit ignem esse principium
alius aquā: quilibet em̄ erat cert⁹ ignē

et aquã esse ens: erat tamen dubius an esset creatum vel increatũ primum vel nõ primũ. Probatio: nõ enĩ erat certus ꝙ esset ens primũ: quia tunc fuisset certus de falso. Falsum autem nõ contingit scire: nec erat certus ꝙ eẽt ens. Nõ primũ: quia tũc nõ posuisset oppositum Secundo probatur de substantia et accidente: quia phi diuersi diuersimode opinabant de lumine: quorum alius ponit ꝙ est accidens. Alius ponit ꝙ est corpus et substantia. Et ille quidem qui ponit ꝙ est substantia: certus est ꝙ est ens: sed nõ est certus ꝙ est substantia: quia tũc de falso esset certus: nec ꝙ nõ est substãtia: q: oppositũ ponit. ¶ Preterea probatur specialiter ꝙ sit vniuocum ad substantiã et accidens sic: si ens nõ est vniuocũ substantie et accidẽti: ergo intellectus noster nõ potest habere conceptũ quidditatiuũ de substantia: cõsequens est euidenter falsum ergo et ãñcedẽs. Probat ꝯsequẽtia: quia substantia nõ immutat immediate intellectum nostrũ ad intellectionẽ sui: cuius nõ intelligat ꝓ statu isto nisi ꝑ speciẽ accidẽtis sensibilis: sed nullus conceptus quidditatiuus substantie potest haberi per immutationẽ accidentis sensibilis: nisi ille posset abstrahi a conceptu accidentis et ille necessario: sic abstract⁹ sit vniuocus: alr̃ nõ esset abstrahibilis talis conceptus: videt maxime esse cõceptus entis: quia null⁹ ali⁹ esset quidditatiuus. Maior patz: quia quicquid ꝑncipaliter et immediate imutat intellectũ: illi⁹ absentia potest naturaliter ab intellectu cognosci: quando nõ immutat patet. ij. de anima: quia visus est ꝑceptiu⁹ tenebre: quãdo videlicet visui nõ est lux ꝑsens: nec visus immutat: ergo si intellect⁹ noster naturaliter immutat a substãtia immediate ad actũ circa ipsam: sequeretur ꝙ quãdo substantia nõ eẽt presens: posset eius absentia naturaliter cognosci et ita naturaliter posset in hostia consecrata cognosci nõ esse substantiam panis: quod est euidenter falsum. Nullus ergo cõcept⁹ quidditatiuus habet de substantia immediate a substantia causat⁹: sed tñ causatus vl' abstractus primo ab accidente: et talis nõ est nisi concept⁹ entis. ¶ Ad argumẽta alterius opiniõis ad illud quarti hui⁹ quo dicit de sano: dicendũ ꝙ phs. x. hui⁹ concedit ordinẽ essentialẽ inter species eiusdem generis quia ibi vult ꝙ in quolibet genere est vnũ primum quod est mensura aliorum: mensurata autem habent ordinẽ essentialẽ ad mensuram. Et tamen nõ obstante tali attributione null⁹ negat conceptum generis esse vnũ cum predicetur de pluribus differentibus specie. Si enim genus nõ haberet conceptum vnũ alium a conceptibus specierum: nullus conceptus generis dicer etur in quid de pluribus: sed quilibet de seipso: et sic idẽ ꝑdicaret de eodem et nõ genus de specie Cõcedo ergo ꝙ accidẽs habet attributionẽ essentialẽ ad substantiã: et creatura ad deũ: et ꝑ ꝯsequẽs ꝙ ens est analogũ ad ea: cũ ista tamẽ analogia stat vniuocatio metaphisica. vnde licet attributio sola nõ ponat vnitatẽ vniuocatiõis: quia vnitas attributionis est minor vnitate vniuocationis. Minor autẽ vnitas nõ arguit maiorẽ: tamen minor vnitas potest stare cũ maiore: sicut que sũt vnũ specie sunt vnũ genere: licet vnitas generis sit minor vnitate speciei. Sic ĩ ꝓposito dico: ꝙ licet vnitas attributiõis nõ arguat vnitatẽ vniuocatiõis: tñ cum vnitate attributiõis hñ stat vnitas vniuocationis: licet vna nõ sit alia formaliter: et ſm hoc possunt solui oẽs auctoritates que essent de ista materia. ¶ Ad aliud de. j. phisicoꝝ dicendũ: ꝙ phs loquit ibi de multitudine suppositoꝝ que nõ repugnat vniuocationi: vñ cũ dicit ꝙ ens dicit multipliciter: nõ intẽdit ꝙ dicat equiuoce: sed multipliciter: id est de multis: ita ꝙ vult dicere ꝙ ꝓcedendũ est ꝯtra Permenidẽ et mellissum: ponẽtes oĩa esse vnũ ens: inq̃rendo de q̃ ente intelligũt: sicut si diceret oĩa eẽ aial vnũ. Contra eos esset distinguere

aial: & inquirere de quo aiali intelligut. s. tu omnia essent vnus homo vel hmoi. ¶ Ad porphiriu dicit vno modo q ipse allegat aliu dicedo: si quis &c. ita q non loquit fm opinione ppria: vel potest di ci q ipse loquit ibi d equiuocatione phi- ca. ¶ Cotra ipe fuit logicus ergo loqui tur logice. Rndet multa dicunt l logi- ca non logice sicut in. ij. metaphisi ce dz q in omni motu est materia: hoc tn ma- gis ptinet ad phisicu considerare q ad metaphisicu. Ad pma rone q ens esset genus responsum est. iij. hui. Ad cofir matione de illis qnqs vniuersalib posi- tis a porphi. dicendu: q ipse ordinat li- brum sua ad pdicamenta Aristo. sicut ipsemet pnuciat in phemio suo: loquit ergo de illis vniuersalibus que aliquo modo inueniunt in ordine pdicametali Sed preter ista est aliud vniuersale qd est trascendes quod no ptinet ad predi- camentu scz ens. ¶ Ad aliud cocedo q ens descedat per aliqua cotrahentia in dece genera: que ppie no sunt differen tie. Cum autem dicitur q aut includut ens aut no: dico q no includut ens for- maliter sicut nec passiones entis nec vl- time differentie: vt inferius ostedam: & tamen no sunt nihil. Cum ergo argu it q non sunt entia: dicendu q verum est formaliter: sed tamen sunt entia essentia liter & realiter. Quod aut id qd no est ens formaliter dumo sit ens realit sit de intellectu entis nullum est incouenies: sicut rationale qd no est aial formaliter est de intellectu hominis q vere est ani mal. ¶ Ad aliud de extremis ptradicti onis aut intelligit q illa sunt sub extre- mis cotradictionis totalit hoc est pcise q ista sunt extrema ptradictionis: tunc minor est falsa: quia deus non est precise hoc q est no esse ab alio: quia ista nega tio etia dicitur de chimera sicut nec cre- atura est pcise ista negatio non necesse esse: quia hoc etiam competit chimere. Sed tam deus q creatura: tam substan tia q accidens est aliquid cui competit alterum extremum contradictionis. Si ergo sic accipias maiorem quibuscunqs coueniant extrema contradictionis ipsa non vniuocantur in aliquo comuni: ista maior est falsa: quia omnia diuidentia p se aliqd comune sunt talia: quia de ipsis dicuntur extrema contradictionis et tn vniuocantur in ipso comuni diuiso. Si- militer in pposito de et creatura: sub- stantia & accidens pdicatione cotradicti onis possunt accipere: et tamen habent aliquod substratum illis extremis con- tradictionis ratione cuius possunt ha- bere aliquod comune. ¶ Ad aliud dice duz q licet deus & creatura sint se totis distincta in realitate non tamen in con- ceptu reali. ¶ Ad cuius euidentiam no tandum q quado aliqua realitas intel- ligitur cum modo suo intrinseco ille co- ceptus non est ita simplex quin possit co cipi illa realitas absqs modo suo. Sed tunc est coceptus imperfectus & inade- quatus illius rei. Potest etiam concipi cum modo illo: & tunc est concept pfe- ctus et adequatus illius rei. Exemplu3 si esset albedo in tribus gradibus inten- tionis posito etiam q esset simplex om- nino in re: posset tamen concipi sub ra- tione tante albedinis: & tunc pfecte con ciperetur cocepu adequato ipsius rei: vel posset cocipi precise sub ratioe albe- dinis: & tunc conciperetur conceptu im perfecto distincto a perfectione rei: con ceptus aut ille imperfectus posset ee co munis illi albedini et alij: coceptus aut ppri non esset comunis: sequit igit in- ter illa distinctio illius de quo accipitur conceptus prius: et illius de quo acci pitur conceptus comunis: non vt distin ctio realitatis & realitatis: sed vt distin- ctio realitatis & modi intrinseci eiusdez realitatis: que distinctio sufficit ad ha- bendum conceptum perfectum vel im- perfectum de eodem: quorum imperfe- ctus sit comunis et perfectus sit propri- us. Ad propositum. Coceptus entis co munis deo & creaturis descendit in con ceptum dei & creature: non per aliam et aliam realitatem: sed per modos intrin

secꝫ alterius ⁊ alterius realitatis scꝫ ꝑ finitum ⁊ infinitum: ita ꝙ sicut cōcept⁹ albedinis abstrahit a tanto vel tāto gradu albedinis: et est conceptus imperfectus ⁊ inadequatus huic vel illi albedini ita et conceptus entis respectu dei et creature. Deus ergo ⁊ creatura sunt se totis distincta in realitate ⁊ cōceptu reali perfecto ⁊ adequato realitati cuiusli bet: sed hoc non obstante conueniunt in aliquo conceptu reali imperfecto et inadequato realitate vtriusqꝫ cuiusmodi ē conceptus entis qui vt sic abstrahit ab omni modo intrinseco realitatis dei et creature que sunt finitū ⁊ īfinitum. Unde conceptus entis formaliter non est finitus vel infinitus positiue sed communis vterqꝫ abstrahēs ab vtroqꝫ. ¶ Notandum ergo ꝙ licet ens sit vniuocum omnibus entibus tam conceptibus simpliciter simplicibus ꝙ̄ nō simpliciter simplicibus: tamen nō est vniuocum in q̊d conceptibus simpliciter simplicib⁹ cuiusmodi sunt passiōes entis ⁊ vltime differentie: de quibus ens non predicatur in q̊d: vt ponit idē doc. distinctiōe. iij. primi sententiaꝝ. ¶ Notandum etiam ꝙ vt dicit idem. iij. q. quodlibetorum. Ens vł res potest capi dupliciter. Uno modo communiter prout est commune omni enti reali quod non est fabricatum per operationem intellectus: ⁊ sic ē vniuocum. Alio modo communissime prout se extendit ad quodlibet positiuū qđ non est nihil: et sic est commune enti in anima et enti extra animam: et hoc modo non est vniuocum sed equiuocū. Ut enim dicit idem doctor dist. xxix. primi sententiaꝝ. enti reali ⁊ enti rationis nihil est commune vniuocum: quia ei qđ est simpliciter tale et ſm quid nihil est commune vniuocum. Ens ergo in ista significatione non dicit vnum conceptū communem sed solum vox est cōmunis. ¶ Notandum vero ꝙ per ens rationis non intelligo ens quod habet esse ī anima subiectiue vt species actus et habitus: quia talia sunt vere entia realia de genere qualitatis: nec ꝙ est in intellectu obiectiue: quia sic omne vniuersale est in anima: sed per ens rationis intelligo respectum rationis vt est esse cognitum quod dicit respectum rationis obiecti vt cogniti ad intellectum: ⁊ simpliciter datum dicit respectum obiecti ad voluntatem. Item secunde intentiones sunt respectus rationis q̊ habet esse per intellectū comparantem magis cōmune ad min⁹ cōmune. Similiter dextrum vel sinistrū in columna dicit respectum rationis tm̄ per intellectū comparantem columnam ad dextrum vel sinistrum in animali. Unde ſm doctorē subti. in. iiij. sententiaꝝ di. j. q. ij. ens rationis non sumitur pro primo considerato ad qđ considerandū mouetur primo anima a re extra siue pro eo ꝙ habꝫ eē in ītellectu obiectiue siue subiectiue: sed ens ratiōis est ipsa relatio rationis seu comparatio qua aīa cōparat vnū consideratum ad aliud: vt dextrū in columna est ipsa comparatio qua intellectus comparat columnam ad dextrū in animali: huiusmodi autem relatio habꝫ tm̄ esse in intellectu obiectiue: eadē em̄ intellectione intelligitur relatio ratiōis et in esse ponitur cognitio. Unde suum esse est suum concipi. Nec em̄ habet aliquod esse nisi in concipi vel intelligi.

¶ Item sciendum ſm eundē doctorem subti. di. xlij. primi sēn. ꝙ relatio rōis sumit̃ dupliciť scꝫ stricte ⁊ large. Relatio rōis stricte sumpta est illa que hꝫ esse ꝑ actum intellectus: large vero relalatio rationis dicitur que hꝫ esse ꝑ actū cōparatiuū cuiuscunqꝫ potentie collatiue. om̄is em̄ potentia que pōt habere actum circa obiectum existens vel nō existens: ⁊ illud obiectū pōt actu suo cōparare ad aliud ad quod tale obiectum nō cōparatur ex natura rei potest ī obiecto vt obiectum est causare relationem rationis ipius ad aliud que quidem nō est realis: q2 non est ex natura obiecti in se nec tñ est stricte rōnis: q2 non semꝑ ista potētia cōparās ē rō vel intellect⁹. Po-

test enim volūtas vtens aliquo bono ad finem causare in illo obiecto relationē rationis ad illum finem.

Ubiqꝫ aūt non ꝓprie primū est. ¶ Cōsequēter ponit pħus ꝙ hec scia principaliter ꝯsiderat de substā tijs tali ratione: Oīs scientia que ē ꝺ pluribus que dicuntur ad vnū primum est pncipaliter ⁊ ꝓprie de illo primo ex quo alia dependent: ⁊ hoc est vbiqꝫ verum: sed substantia est hoc primū inter omnia entia: ergo prius pħus qui consi derat omnia entia debet principalit̄ cō siderare principia ⁊ causas substantiarū. ¶ Consequēter ostendit ꝙ etiā ad hāc spectat considerare ꝺ vno ⁊ de speciebꝰ vnius: cum ens ⁊ vnum significent eandem naturā: qꝺ probat sic: quia illa que non separantur in generatione ⁊ corruptione significant eandē naturam realiter: Sed ens ⁊ vnum sunt hmōi. Si eñ generatur ens generatur vnū: ⁊ si corrumpitur ens corrumpit̄ vnū: ergo ⁊c. Et aūt vnū ꝙ est indiuisum a se et diuisum a quolibet alio. dicit etiā qꝺ cum significēt eandē naturā tot sunt spēs vnius ꝗt spēs entis: sicut eñ ptes entis sunt substantia quantitas ⁊c. sic ptes vnius sunt idē equale ⁊ sīle. Nā idē est vnū in substantia simile est vnum in qualitate. Equale est vnū in quātitate: et similiter ꝭm alias ptes entis possunt sumi alie ꝑtes vnius: si essent nomina imposita: sicut ergo ad vnam scientiam spectat considerare de oībꝰ partibꝰ entis: sic ꝭm rationē entis: ⁊ nō ꝭm rationes ꝓprias sic ⁊ de ptibꝰ vnīꝰ. ¶ Circa predicta tñ posset dubitari. an ens ⁊ vnū significēt eandē naturā. Et arguit̄ ꝙ nō: qꝛ si sic ꝗ ista vera erit vnū est tm̄ ens: ꝯñs ē falsum ꝗ ⁊ añs: falsitas cōsequētis patet ex j. phisicoꝝ vbi Aristo. improbat permenidem qui posuit tm̄ esse vnum ens. ꝓbatio consequentie. Quando aliquid ꝑ dicatur de aliquo conuertibiliter ꝑdicatur de eo cum dictiōe exclusiua: vt si homo est risibilis conuertibiliter sequitur tm̄ homo ē risibilis. Preterea diuidēs non signat eandem naturam cum diuiso: Sed vnum diuidit ens ergo non signat eandem naturam cum ente: probatio maioris: quia da oppositū tūc cōdiuidens per quo opponitur cōdiuidenti nō participaret diuisum. Si eñ rōnale diceret eandem naturam cum aīali: irrationale nō pticiparet aīal. Sīlr in ꝓposito cū vnū ⁊ multū diuidāt ens si vnum significaret eandē naturā cū ente ꝯuertibiliter multitudo eēt nō ens ⁊ sic vnū ⁊ mlta nō eēnt differētie entis. Preterea vnū est determīati generis: nō aūt ens: ꝗ vnū ⁊ ens ñ signāt eādē naturā. ꝓbatio añcedētis: qꝛ cuiꝰ ptes oēs vel spēs sūt determīati generꝭ: ipm ē determīati generis: sꝫ oēs spēs vnīꝰ sūt determīati generis: scꝫ identitas: sil̄itudo ⁊ eq̄litas: qꝛ ī gñe r̄latōis: ꝗ ⁊c. Sꝫ ꝯtra pħs in lr̄a. In ista q̄stiōe sic ꝓcedā. Primo quedā opinio ꝑmittet̄. Scd̄o improbatio apponet̄. Tertio ad questionē aliter dicet̄. Quantū ad primū sciendū ꝙ est vna opinio Auicēne ꝗ stat in tribus dictis. Primū estꝰ ꝙ ens ⁊ vnū ꝑdicant̄ de oībꝰ. Scd̄m ē ꝙ nō sunt idē ꝭm naturam. Tertiū est ꝙ vnū est determinati generis scꝫ ꝺ genere q̄ntitatis: ⁊ per cōsequēs nō conuertit̄ cū ente: ⁊ supponit primū dictū tanꝙ verū. Et scd̄m ꝓbat. qꝛ si sic: tūc dicēdo ens vnum esset nugatio: qꝺ falsum ē: ꝯsequētia ꝓbat̄: qꝛ tūc idem bis diceret̄. Tertiū ꝓbat: qꝛ si cōstitutū scꝫ numerꝰ qui ꝯstituit̄ ex vnitatibus est de genere q̄ntitatis: sequit̄ ꝙ ipā cōstituētia scꝫ vnitates erunt de genere q̄ntitatis: ⁊ sic nō erūt ꝯuertibiles cū ente: qꝛ nihil qꝺ ē determinati generis est cōuertibile cū ente cū sit transcendens. ¶ Quantū ad secundū articulū arguitur contra Auicennā primo ꝯtra ꝑmū dictū: cum eñ dicit ꝙ ens ⁊ vnū ꝑdicantur de omnibus quero an ꝑdicent̄ vniformiter an nō: sꝫ difformit̄ nō vniformiter: qꝛ vnū ꝑdicat̄ denoīatiue cum sit passio entis. Ens aūt ꝑdicat̄ q̄ditatiue licꝫ forsan aliqū posset denomi-

natiue pdicare. Si dicas q pdicant dif formiter sic intelligedo q ens predicat de oib quidditatiue: vnu vo denoiatiue Cotra primu instat et arguit q ens non predicatur quidditatiue de omnib differentijs: qd pbatur sic: Sint due differe tie a. et b. tuc sic: vel a. et b. includut qd ditatiue ens vel non. Si non habet pro positum q ens no pdicat d eis in quid: si vo includut ipm ens cum non sint om nino idem inter se habet in quo coueni unt et quo differut: igitur a. et b. no erut primo diuerse nec vltime drntie: sz diffe rentes et aliqd idem entes: igit differut alijs differentijs sicut iste c. et d. tuc ar guitur de istis sicut de prioribus: qd in cludut ens quidditatiue vel non: et sic p cedendo vel erit pcessus in infinitum in drntijs. vl stabit ad aliquas omnino no includentes ens qdditatiue quod e pro positum: et ille sole erut vltime. Si aute loquatur Auicena de pdicatione a par te entis q scz ens pdicatur de omnibus quidditatiue vel denominatiue forte ve rum dicit. ¶ Contra secundu dictum ar guitur sic: quecuqz sunt idem realiter di cunt eandem naturam: sed ens et vnum subiectu et passio sunt idem realiter: ergo etc. pbatio minoris: illa quor sepatio i cludit otradictione sunt idem realit: sz ens et vnum subiectu et passio sunt hmoi: g etc. Maior ptz: qz ex sepatione mutua aliquor pbat eoru distinctio realis: alr contingeret idem simul esse et non esse: quod est oppositu pmi principij: ita eco trario ex impossibili separatioe aliquo rum contradictionum pbatur eor ide titas realis. Minor patet ex pcedenti ca pitulo: quia consequunt se in generatio ne et corruptione. Probo autem aliter d omni propria passione. Nam si propria passio esset separabilis a subiecto: tuc in esset contingenter: et p consequens cum scientia sit de necessarijs: oclusio demo strationis concludens passione de subie cto no esset scientia: quod est manifeste falsum. Contra tertium dictum arguit. Substatia e prior oi accnte: ex. vij. hu ius: sz i suo priori e cogscibile sine poste riori: g suba i suo priori poterit intelligi sine qntitate: et intelligi vt vna indiuisa in se et diuisa a qlibz alio: tal g vnitas e sine qntitate: et sic no erit de genere qn titatis. Preterea: nullu trascedes e deter minati generis: sz vnu est aliqd trascen des cu oertat cu ente: g no erit alicui entis determiati generi. ¶ Quantu ad tertium articulum est alia opinio docto ru. Ad cui euidetia sic pceda: Primo pmitta alias distinctioes. scdo pona ali qs oclusioes. De pmo sit ista pma disti ctio q vnu dr dupli: qdda em vnu e qd est pncipiu nueri: qdda q oertit cu en te. Primu vnu e de genere qntitati. Se cundu vnu e transcedes et passio entis: et qz qlibet vnu est pncipiu numeri ali cui io fit hec scda distinctio q duplex e numer: vn in genere qntitatis alius trascedes. Prim nuer causat a diuisi one otinui. Scds aut causat ex distincti one seu diuisioe essentiar. Principiu p mi nueri e vnu d gne qntitati Pricipiu vo scdi nueri e vnu trascedes qd oer titur cu ente: et io pm nuer e qntitati uus: scds vo e qdditatiuus. Tertia di stinctio sit ista: q vnu qd oertit cu ente dr duplicit. vno mo cotter large et sim pliciter et sic est passio entis vnica et con uertibilis cum ente. Alio modo potest sumi determinate stricte et fm qd: et hoc modo opponit multitudini: et sic non est passio entis vnica sz disiuncta: et est con uertibilis cu ente no simpliciter sed sub disiunctioe. ¶ De scdo in tertio articu lo sit ista prima oclusio: ens et vnu non dicunt eande natura conuertibilitate si vnu accipiat pprie stricte et fm qd: si aut accipiat vnu comuniter et simpliciter sic ens et vnum dicunt eande natura coner tibiliter. Prima ps oclusiois pbat: qz si ens et vnu sic acceptu dicere eande na tura oertibiliter de quocuqz pdicaret vnu et alteru: sed ens pdicat de multitu dine: ergo et vnu: qd est falsum: loquedo de vno sic accepto. Scda ps huius con clusionis patet: qz de quocunqz pdicat

ens ꝛ vnum simpliciter cōmuniter ꝛ large sumptum: et hoc modo multitudo ē vnum sicut ꝛ ens. ¶ Secunda cōclusio sit hec: Ens ꝛ vnum non dicunt eandē naturam quidditatiue ꝛ formaliter. Et ostenditur sic: Tum primo q: esset nugatio dicendo ens vnum. Tum secūdo quia ens ꝛ vnum nō pdicant mutuo de se in quid: ergo nō dicunt eandē naturā quidditatiue ꝛ formaliter: ꝯsequētia patet: sed antecedens probat: quia cum vnū sit passio entis per se: ꝑ dicat de ente secūdo modo. Ens aūt nullo modo per se predicatur de vno sed per accidēs: quia fm pħm.j.posterioꝝ. predicationes p se non conuertunt: sic ergo nec vnū nec alie passiones entis dicunt eandem naturam cum ente quidditatiue ꝛ formaliter. ¶ Tertia conclusio sit ista: Ens et vnum dicunt eandem natura realiter: sed distinguuntur formaliter: vt preostensum est in precedenti cōclusiōe. hec conclusio patet per pħm in littera. Tū non separant in generatiōe ꝛ corruptione. Tum q: sunt realiter in tertio de q̄ predicāt per se nō per accidēs: igitur inter se sunt eadē vel idē realiter: ꝛ sic dicunt eandem naturā realiter. ¶ Quarta conclusio sit ista: Unū qđ est passio entis dicit formaliter aliquid positiuū: probatur: q: vnum dicit perfectionē simpliciter: sed negatio nō dicit perfectionem simpliciter de se ꝛ formaliter: ergo ip̄m vnum nō dicit purā negationem: maior patet: q: vnū in quolibet melius ē ip̄m esse q̄ nō ip̄m esse: hec est aūt descriptio perfectionis simpliciter quā ponit Anselmus in monologiō. xv.c. Et pꝑter hoc summa vnitas attribuit primo enti cui nō cōuenit imperfectio. minor etiaꝫ patet: quia priuatio vt sic habet rationē mali ꝛ similiter negatio. ¶ Sed contra istam cōclusionem arguit quidā sic: Illud positiuuꝫ qđ dicit formaliter fm seipsum vnum vt distinguitur ab ente vel est vnum vel non vnū: nō est dicendum q nō vnū ergo est vnū: tunc vel vnū positiue seipso vel aliquo alio. Si aliq̄ alio quero de illo: quia sic erit pcessus ī infinitum. Si seipso: ergo sua vnitas supra seip̄m nō addit: ergo similiter dicam de ente qđ seipso positiue est vnū ꝛ per cōsequēs vnum vt formaliter distinguitur ab ente nō dicit aliq̄d positiuū. ¶ Preterea ens vt fm suam rationē formaleꝫ distinguit ab vno vel est vnum vł non: et oportet dicere q sit vnū: alioquin fm suam rationem formalē nō distingueret ab aliquo tunc vt prius. Si ista vnitas dicit aliquid positiuū queram de illo: et sic erit processus in infinitum vel standū in hoc q ens est seipso positiue vnum: ergo vnitas nō addit supra ens aliqđ positiuum. Respōdeo ad primū q illa ratio peccat per figurā dictionis mutando q̄ in quid. Quando eñ dicis q vnum vł est vnū seipso vel aliq̄ alio. Dico q vnū cū sit principiū q̄ nō debet dici vnū fm se: quia sic haberet rationē q sicut albedo nō est alba: sed illud quo aliquid ē album sic illud positiuū q vnum addit supra ens: nec est formaliter vnum nec formaliter nō vnū: ꝫ est id quo ens ē vnū. ¶ Ad scđm dico q ens vt distinctū formaliter ab vno nō est vnum formaliter: nec non vnum: sed abstrahit ab vtroq;. Si tamē nō vnum accipiat positiue vel contrarie nō priuatiue solum vel negatiue sicut cōceptus entis formaliter positiue: nec est finitus nec infinitus. ¶ Ad rationes Auiceñ. ad primā nego consequentiā: ad probationē dicendum q nō repetitur idem omnino bis: q: cū identitate reali stat distinctio formalis ex natura rei que tollit nugatioem: et ideo dicendo ens vnū nō est nugatio. Ad scđm nego añcedens: ad pbationē dicenduꝫ q duplex est numerus: sicut patet ex secunda diuisione vnitatis que est principiū numeri causata ex diuisione cōtinui vtiq; est de genere quātitatis. Sed de tali vno non loquimur pro nunc: sed de vno qđ est principium numeri causati ex distinctione essentiaꝝ: si ergo inferas: ꝟ omnis vnitas est de genere quantitatis fallatia ꝯsequētis. ¶ Ad argumēta pn-

fm accidens aliud vo fm se. ¶ Hic phs ostendit quot modis dicitur ens. Et primo modo dicit q ens dicitur dupliciter scz per se et per accidens. ¶ Circa qd sciendum q illa diuisio non est eadem cum ista diuisione qua diuiditur ens in substantiam et accidens qd ex hoc patet: quia ipse postmodum ens fm se diuidit in decem pdicamenta quorum nouem sunt de genere accidentis: ens igitur substantia dicitur et accidens fm absolutam entis considerationem: sicut albedo in se considerata dicitur accidens et homo dicitur substantia. Diuisio autem entis ibi fm se et fm accidens attenditur fm q aliquid predicatur de aliquo per se vel per accidens. ¶ Dicit autem Aristo. q ens fm accidens dicitur tripliciter. Uno modo quando accidens predicatur de subiecto vt homo est albus. Scdo modo fm q subiectum predicatur de accidente: vt album est homo. Tertio modo fm q accidens pdicatur de accidente: vt musicus est albus. In istis autem tribus modis entis per accidens patz q ens per accidens est aggregatum ex rebus diuersorum generum. ¶ Diuidit vlterius ens in decem pdicamenta de quorum distinctione dicetur in ca. de ad aliquid. ¶ Diuidit consequenter phs ens in ens in potentia et in actu sicut frumentum dum est in herba est ens in potentia: dum autem est perfectum est ens in actu. ¶ Deinde ostendit Aristo. quot modis dicitur substantia quorum pro nunc duo sufficiant: vno modo enim substantia dicitur prout substat accidentibus: et sic e pdicamentum distinctum ab accidentibus. Alio modo sumitur pro qualibet rei essentia seu quidditate: et sic non est predicamentum distinctum ab alijs.

Eadem vero dicunt.

Postq phs distinxit nomina que signant subiecta huius scientie: distinguit nomina que signant partes eorum: et primo signat nomina que signant partes vnius. Unde dicit q partes vnius sunt idez quod est vnum in substantia et simile quod est vnum in qualitate et equale quod est vnum in quantitate. Sic econuerso partes multitudinis sunt diuersum: dissimile et inequale. Dicit autem q identitas e vnitas vel vnio quedam: et hoc dupliciter: quia vel ex eo q illa que dicunt esse idem sunt plura fm esse: sed tamen dicunt idez inquantum in aliquo vno conueniunt vt in genere vel specie: et talis identitas e relatio realis. Alio modo quia sunt vnum fm esse: sed intellectus vtitur eo vt pluribus ad hoc q relationez intelligat. Nam non potest relatio intelligi nisi inter duo extrema: sicut cum dicitur aliquod esse idem sibiipsi: tunc enim intellectus vtitur eo qd est vnum fm rem vt duobus alis eiusdem ad seipm relationem designa-

re nō posset. Unde ptz q cū ad relatio-nē realē requirat q extrema sint realiter distincta relatio identitatis eiusdem ad se non est realis sed rationis tm̄.

Diuersa vero rc.

¶ Tractat insuper Aristo. d diuerso et differenti. Circa qd notandū q diuersa et differentia aliquando sumunt large et sic vnum sumitur pro reliquo. Sicut enī dicimus diuersa genere specie vl' diuersa numero sic r differētia nūero specie vel genere. Alio modo sumunt stricte r sic differunt adinuicē: illa enī que i nullo quidditatiue conueniūt vt vltime differentie dicunt primo diuersa non tamen dicuntur differētia: quia vt hic dicit phs differentia sunt aliqua idem entia: id est i aliquo ɔueniētia: vt hō equus que licet differant p rationale r irrationale conueniūt tamen in aīali. ¶ Quia vero opposita cōtinent sub differenti vl' diuerso: ideo Aristo. ponit quattuor species oppositionis. quarū sufficientia potest sic haberi: quia opposita vel ponūt se esse vel excludunt se. Si primo modo sic sunt relatiua que ratione mutue dependentie simul sunt r non sunt nec pñt esse sine inuicem. Si scdo modo vl' vtrūq extremum ponit aliquid vl' nihil. Si vtrūq ponit aliquid sic sunt cōtraria q sub eodem genere dicunt duas naturas positiuas maxime distātes. Si hoc vtrūq nō est aliquid positiuū sed alterum negatiuum: vl' est negatio simpliciter r sic sunt cōtradictorie: vel est negatio i subiecto determinato r apto nato: r sic sunt priuatiue opposita. ¶ Quia autē dicit insup phus q duo accidētia differentia tm̄ nūero nō pñt esse in eodem subiecto: ideo ad hui9 declarationē pono tres cōclusiōes. ¶ Prima ɔclusio est ista: nō includit ɔtradictionē duo accidētia intentionalia differentia solū nūero in eodem subiecto: hec ɔclusio sic ostendit: qr i eadē pte medij r in eodē oculo sunt m'te species eiusdē speciei q differūt solū numero: ergo duo accidentia intētionalia solū numero differētia esse in eodē nō includit cōtradictionē: ɔsequētia ē euidēs qr hmōi accidētia sunt quedā entia intētionalia sm cōmunē modū loquēdi: añs cedēs pbat: qr si ponant multa alba in medio: oculus in quocunq puncto medij existens pōt videre ipsa: q pōt habere species ipsoz r distincte videt ea: ergo habet distinctas species. Silr in virtute imaginatiua sunt due species eiusdem speciei. qd pbat p eandē rōnē. Respōdet q nō in eadem parte medij sunt species illius albi r huius: r silr dicit d oculo quia sunt in diuersa parte oculi. ¶ Contra ponat hic vnū album tm̄ sez ouum: species istius erūt in toto medio illuminato q̄tum durat virtus eius: ponatur etiā aliud albū tunc species eius erit in eadē pte medij cū specie alterius albi: vel sequit q illud aliud nō videbit ab oculo disposito cū sin te nō possit gignere speciē suā qd ē manifeste ɔtra sensum. ¶ Diceres q gignēdo speciē suaz corrūpit speciē alteri9 albi. Cōtra pono q sit debilius illo aut ergo erit sil' spēs eius cū specie alteri9 aut corrūpet vt dicie: sed nō potest corrūpere cū sit debilius ex hypotesi: r sic ptz q ille spēs plures erunt in eadē pte medij. Similiter pbat q sint in eadē parte organi oculi: vel fantasie: qr si nō organū visus vel fantasie cū sit paruū q̄ntitate cito eēt occupatū spēb9 puta duab9 vel pluribus: et tunc non posset sentire de nouo aliquod obiectum p̄sentatū cū species recipi non possent in organo visus vel fantasie. Sz illud ɔsequēs est manifeste cōtra sensuz ergo r illud: ex q sequit q est falsum rc. ¶ Scda cōclusio sit hec: Nō ē impossibile duo accidentia relatiua realia differentia solū numero esse in eodē subiecto hoc ostendit sic: vnus pater habet multos filios: ergo in eodē sunt multe relationes reales puta plures paternitates que sunt eiusdem speciei. probatio consequentie: quia pater p hanc paternitatē nō refert ad omnes filios: qr cuz destructo hoc filio: destruat hec paternitas: si

per eandem et alium filium refertur existēte alio filio esset hec paternitas: quia relationes mutue simul sunt et nō sunt: ergo hec paternitas simul erit et non erit quod est contradictio manifesta.

¶ Tertia conclusio sit ista: impossibile est duo accidentia realia educta de potētia materie p motum naturalem differētia solū numero esse in eodem: hoc ostendit sic: motus non est nisi in mobili sicut dispositio opposita forme introducende vt ɔtraria vel media: qꝛ ois motus ē inter cōtraria vel media ex. v. phisicoꝝ. Sed si agens inueniat in mobili forma eiusdē speciei: forme ab eo inducēde nō inuenit ipm sub dispositiōe opposita: ergo nō mouet ipm simpliciter inducens aliam formā: sed augebit formā p̄existētem in mobili. ẜm hāc cōclusionē intelligit pħus auctoritatem predictam.

Priora et posteriora

dicunt. Post q̄ Aristo. distinxit noīa q̄ signāt ptes vni⁹: hic distinguit noīa significantia ordinē scꝫ prius ꝛ posteri⁹. vnū eñ quedā ordinē importat eo q̄ vnum esse est principiū esse: vt dictū est prius. Et circa hoc duo facit. Primo assignat cōmunē rationem prioris ꝛ posterioris. Scḋo distinguit diuersos modos prioris ꝛ posterioris. Dicit ḡ q̄ signatio prioris dependet a signatiōe principij. nam principiuꝫ in quocunqꝫ genere est illud qḋ est p̄mū in genere illo siue sit primuꝫ ẜm locū siue pfectionē vel tempus ꝛ sic de alijs. Prim⁹ ḡ dicit̄ illud qḋ ē ppinqui⁹ alicui determinato p̄ncipio. ¶ Ad cui⁹ euidentiā sciendū q̄ illa diffinitio prioris aliter cōuenit prioribus essentialiter ordinatis aliter accidentaliter ordinatis. Nā in essentialiter ordinatis ē vera dependētia posterius ad primuꝫ simpliciter. Nō aūt sic est in accidentaliter ordinatis: sꝫ accadit huic reuolutiōi celi q̄ alia p̄cesserit. Nā potuisset fuisse etiā p impossibile q̄ p̄ma non fuisset: igitur in essentialiter ordinatis dicit̄ prius respectu alicuius primi simpliciter a quo vno p̄mo sunt ꝛ depēdent oīa. Sꝫ in accidētaliter ordinatis nō est prius respectu alicui⁹ p̄mi simpliciter: sed p cōparatiōnē ad aliqḋ primū nō simpliciter sed ẜm quid: vt respectu illi⁹ qḋ ponit̄ eē p̄mū. Unde cum ptes tpis sunt accidentaliter ordinate: vt dictum est: dato q̄ tps esset eternuꝫ in tpe nō esset p̄mū simpliciter sed ẜm quid: ita q̄ prius in tpe et primū sunt ex signatione nostra. ¶ Secundo modo dicendū de modis prioritatis. Circa qḋ sciendū q̄ q̄nqꝫ modi prioritatis a pħis ꝛ theologis repꝛiuntur scꝫ prioritas tēporis: situs: nature: pfectionis ꝛ originis. Prioritas tpis est q̄ vnū est pri⁹ alio ẜm tēpus: vt adam est prior noe. Prioritas aūt situs est qua vnū precedit aliud ẜm prioritatem localē. Prioritas ꝟo nature: est a qua nō cōuertitur cōsequētia subsistēdi. Est aūt cōsequētia subsistendi q̄n arguit̄ de est scḋo adiacēte ad est scḋm adiacēs. Dicit̄ aūt ē scḋm adiacens q̄n nō ponit̄ p̄dicatū in ppositione vt homo est. Dicitur ꝟo est tertium adiacens quādo ponit̄ predicatū vt homo est albus. Sic igit̄ animal est pri⁹ natura homine: quia bene sequitur homo est: ergo animal est: et non econuerso: et pars toto. Item alio modo pri⁹ natura dicitur q̄n cōuertit̄ ɔsequētia subsistendi ꝛ vnū est causa alteri⁹ vt subiectū est pri⁹ passiōe natura: qꝛ est quasi causa passionis cuꝫ passio pullulet a principio subiecti. ¶ Et si arguat̄ q̄ vnū relatiuū esset prius natura suo correlatiuo: vt pater filio cū sit eius causa: ꝛ cōuertat̄ consequētia subsistendi. Respōdeo q̄ ẜtuꝫ ad absoluta nō sunt correlatiua. Tertio modo prius natura alio pōt dici illḋ qḋ p̄supponit̄ ei: ꝛ sic actus intelligēdi pōt dici pri⁹ natura actu voluntatis: qꝛ ẜm Augustinū nihil volitū nisi cognitum. Quarto mō prius natura potest dici prius naturali intelligētia: sicut ecōtra exponit̄ cōmuniter de relatiuis q̄ sunt simul natura: id est naturali intelligētia. Prioritas perfectionis dꝛ qua vnum est prius alio ẜm pfectionē: vt substātia est

prior accidēte. ¶ Pri⁹ origine dr quod denoiat ab origine actiua: sed posterius origine dicit qd denoiat ab origine passiua. vnde pducēs generans et mouēs sunt prius producto generato et moto: Est autē modus prioritatis originis qn due origines actiue ꝛ passiue duoꝝ productorum sunt adinuicē ordinate sic ꝙ vna necessario psupponit alteri: vt originatio lucis: tam actiua ꝛ passiua: prior est ꝙ orinaginatio caloris. Nam sol prius origine illuminat ꝙ calefaciat aerē: ꝛ pri⁹ vnā ptē aeris ꝙ aliā: ppt ordinē naturalē effectuū. Hec aūt prioritas pōt dici aliquo mō pioritas nature. Tertio modo aliqd dicit prius origine qd est a se ꝛ posteri⁹ qd est ab alio: ꝛ sic quod est omnino ipro ductū: sicut pater dicit pri⁹ origine: filius aūt q est pductus a patre dicit posterior origine. ¶ Notandū ergo ꝙ in vno instāti seu signo tpis vel nature pbt cē multa signa origis sicut multe illumiatiōes qꝛ vna por est origine alia vt dictū ē. Mēsurat vno istāti tpis.

Potestas dicit hoc q̄dem sm pncipiū mot⁹ aut mutatōis in diuerso inqtū diuersus. Postꝙ pbs distinxit noīa significātia ptē vni⁹: distinguit noīa significātia ptē entis. Et quia ens diuidit p actū ꝛ potentiā: ponit plures modos hui⁹ noīs potētia. Pro nūc aūt pnt assignari septē genera potētiaꝝ Est eīn potētia actiua: passiua: obeditiua: mathematica: logica: subiectiua: obiectiua. Potētia actiua dr q̄ est pncipiū trāsmutādi aliud inqtū aliud. Potētia passiua est principium transmutandi ab alio inquantū aliud. Potentia obeditiua dicit illa q̄ correspōdet potentie infinite ipsius dei q̄ omīs creatura ē in obediētia dei ꝛ ei subijcit. Potētia mathematica est potētia trāssumptiue sumpta sicut dicim⁹ ꝙ linea pōt duci i quadratū p hanc similitudinē: qꝛ sicut ex eo ꝙ est in potētia fit id qd est i actu ita ex ductu alicui⁹ linee in seipsam resultat q̄dratum: sicut diceremus ꝙ ternari⁹ potest duci in nouenariū: quia nouenari⁹ consurgit ex ductu ternarij in seipm: nā ter tria sunt nouem. Potentia logica accipitur p non repugnātia terminorum: sicut dicim⁹ ꝙ hō pōt esse aīal: talis aūt potētia nō est abijciens actū sed est cum actu vt patet. Potentia subiectiua dicit qua aliqd potest esse subiectū forme substantialis vl accidētalis: sic eīn materia dicit esse in potētia subiectiua. Obiectiua vo potētia dicit q̄ aliquid dr pducibile sicut quidditas rose nō existētis dr esse in potentia obiectiua eo ꝙ ipsa rosa potest pduci. Ista aūt potētialitas non fundat in aliquo esse simpliciter siue eē essentie: quia nō est dare esse essentie sine esse existentie: vt dicit Sco. j. di. scdi sen. et. xxxvj. pmi sen. sed fundat in esse cognito: ita ꝙ esse cognitū cōcomitatur potētialitas ad esse simplr: lꝫ formaliter eē cognitū n̄ sit eē potētiale qꝛ eē cognitū est esse i actu smqd. Esse vo potētiale ē esse i potētia ad eē simplr. hec ille.

Quantū vo dicit qd. Quia ens nō solū diuidit in potentiā et actū: sed etiā in decē pdicamēta. Postꝙ Aristo. distinxit hoc nomē potētia: hic incipit distinguere noīa que assignāt. x. predicamēta. Et primo nomē quantitatis: deinde nomen qualitatis: ꝛ tertio modos ad aliqd. Alia vo predicamēta ptermittit: qꝛ sunt determinata ad aliquod genus rerum naturaliū: vt ptꝫ pcipue de agere ꝛ pati de vbi et quando. ¶ Circa primū ponit pmo rationem q̄ntitatis dicēs: ꝙ q̄tum dr qd est diuisibile in aliqua: p cui⁹ euidētia pono tres cōclusiones: prima conclusio sit ista: diuisibilitas nō est essentialis ratio quātitatis: hoc ostēdit sic: nullus respect⁹ formalis est eēntial rō alicui⁹ absoluti: sed diuisibilitas ē respectus formal qꝛ dicit q̄ndā aptitudinē ad diuisionē: g nō erit eēntial rō q̄ntitatl q̄ ē ens absolutū: maior ptꝫ ex. iiij. hui⁹: vbi pbs dicit posito ꝙ oīa apparētia eēnt vera ducit ad hoc incōueniēs ꝙ tūc formalit oīa eēnt ad

aliqd. ¶ Sȝ cōtra istā ꝯclusionē instat:
Nā alia rō ſm quā ē distinctio specifica
videt eē eēntial generi: ſȝ diuisibilitas
ē hmōi: vt ptȝ ꝟ ī lr̃a vbi ſm vnū modū
diuisibilitatꝭ ⁊ ſm alterꝫ ⁊ diuersū mo-
dū elicit pħs diuersas spēs q̄ntitatis.
Rn̄sio ꝙ diffinitio aliqn̄ fit ꝑ dr̃nas ꝓ-
prie sūptas: aliqn̄ ꝑ passiōes circūloquē
tes dr̃nas eēntiales q̄ sūt ignote nobis.
Exēplū pmi: aīal diuidit ꝑ rōnale ⁊ ir-
rōnale. Exēplū scdi: ens dr̄ ꝑ potētiā et
actū q̄ nō sunt dr̄ne ſȝ magꝭ passiōes: sic
est ī ꝓposito. ¶ Scda ꝯclusio sit ista: di
uisibilitas ē ꝓpa passio q̄ntitatꝭ: pȝ q: in
est ꝑ se ⁊ pmo q̄ntitati ⁊ oībꝫ alijs ꝑ rōnē
ei⁹. Substātia eī̄ corpea nō ē diuisibil
nisi ꝑ q̄ntitatē. Vn̄ ista q̄ntitas diuisi-
bil est ꝑ se scdo mō sicē ista color ē visibil
Sicē eī̄ visibilitas ē respect⁹ qdā ī colo
re ꝑ respectū ad visuȝ sic diuisibilitas ē
respect⁹ qdā in q̄ntitate ⁊ dicit aptitudi
nē ad diuisionē. Notificatio igit pħi de
ipa q̄ntitate hic posita ē notificatio ꝑ ꝓ-
priā ⁊ primā passionē ei⁹: ⁊ ꝓpe nō est
diffinitio. ¶ Tertia ꝯclusio ē ista: diuisi
bilitas ē pma passio q̄titatꝭ. ¶ Ad cui⁹
euidētiā sciēdū ꝙ q̄titatꝭ assignāt a pħo
q̄ttuor passiōes: pma est diuisibilitas ī
ptes eiusdē rōis. scda ē esse finitū vel in
finitū ⁊ hec ꝑsuppōit pmā. Nā ꝙ ē fini-
tū vel infinitū ꝑsupponit aliqd qd debet
finiri: ⁊ id necessario intelligit diuisibi-
le. tertia est eq̄le vel ineq̄le q̄ ꝯsequit vl
ꝑsupponit scdaȝ: q̄rta est rō mēsure que
etiā ꝑsupponit tertiā: q: oīs mensura ꝓ-
intelligit esse eq̄lis vel ineq̄lis mēsura-
to: q: eī̄ est eq̄le vel ineq̄le iō mensurat
nō ecōuerso. Ex his ptȝ ordo istaꝝ passi
onū q̄ntitatis. pme due cōpetūt q̄ntita-
ti in se sed alie due ꝑ respectū ad aliō pa
tet de se: de pma habet hic in lr̃a et. iij.
phisicoꝝ ca. de infinito. de scda aūt. j.
phisicoꝝ vbi dr̄ ꝙ finitū ⁊ infinitū con-
gruit q̄ntitati: de tertia habet in ꝑdica-
mētis vbi dr̄ ꝙ inest q̄ntitati ſm eā eq̄-
le vl ineq̄le dici: de quarta habet. x. hu
ius. ¶ Consequenter ponit pħs species
q̄ntitatis inter quas pme sunt due scȝ

multitudo siue numer⁹ vel magnitudo.
Diffinit aūt multitudo sic: mltitudo est
qd est diuisibile ſm potētiā in ptes non
ꝯtinuas. Magnitudo aūt est qd est diui
sibile in ptes cōtinuas qd quidē ꝯtingit
tripliciter: ⁊ ſm hoc sumunt tres spēs q̄n
titatis cōtinue siue magnitudis. Nam
si sit diuisibile ſm vnā tm̄ dimēsionē in
ptes ꝯtinuas erit lōgitudo. Si aūt ī du
as latitudo: si in tres ꝓfunditas. Dicit
aūt vlteri⁹ ꝙ mltitudo finita dr̄ nūer⁹:
lōgitudo aūt finita dr̄ linea: latitudo su-
ꝑficies: ꝓfunditas ꝟo finita dr̄ corpus.
¶ Quia ꝟo ptes linee copulant ad pū-
ctū. Notādū ſm nicolaū boneti ī ꝑdica-
mētis ꝙ duplex ē pūct⁹ ī linea scȝ ī actu
⁊ potētia. Punct⁹ in actu ē pūct⁹ lineā
terminās distinguēs ⁊ separās sicē diffe-
rētia distinguit vnā speciē ab alia. Pun
ctus in potētia ē punct⁹ ꝯtinuās ptes li
nee adinuicē: q: int̄ duas ptes sp̄ ē pun-
ctus in potētia medius: ⁊ iste punct⁹ in
potētia nō ē in fine linee nec in pncipio
sed in tota linea ꝑ totū. Dicit aūt in po-
tētia vt potētia opponit actui distinguē
di ⁊ separādi nō aūt actui essendi: q: ve
re est aliqd positiuū existēs extra nihil:
sicut ptes linee habētes suā entitatē in
linea: ⁊ sic apparet quō ptes linee copu
lant ad pūctū nō in actu: q: ille ē tm̄ ī fi-
ne linee vel in pncipio ſȝ in potentia: q:
ille est int̄ q̄slibet ptes linee ꝯtinue non
vn⁹ nūero ſȝ plures: nō in actu ſȝ poten
tia: q̄ ꝑ actionē diuidētis cōtinuū redu-
cunt ad actū. Si aūt realitas puncti nō
remaneret in ꝯtinuo difficile eēt videre
quō pūct⁹ ꝯtinuat lineā ⁊ copulat ptes
linee. ¶ Et si arguat ꝙ tūc ptes linee ī
linea se habebūt ꝯsequēter exquo reali-
tates eoꝝ manēt in cōtinuo. Respōdet
ꝙ nō sequit: quia non sunt ibi in actu: ſȝ
in potentia: ⁊ sunt vn⁹ punctus ꝑ caren
tiam diuisionis: vn̄ cōtinua dicunt quo-
rū vltima sunt vnū scȝ ꝑ indiuisionē: hec
boneti. De hoc dicit Sco. di. xij. quar-
ti ꝙ ptes ꝯtinue in potētia dicunt fieri
in actu qn̄ ptes indistincte reducunt ad
actum distinctū. ¶ Distiguit insuꝑ mo-

dos quātitatis p se ꝛ hoc dupliciꝫ: q̄daȝ
eñ signāt p modū substātie vel subiecti
sicut linea vel supficies: qđlibet eñ illo-
rū substātialiter est q̄tum cum quātitas
ponaꝫ in eius diffinitiōe. Nam linea est
quantitas ꝯtinua fm longitudinē diuisi
bilis finita ꝛ sic de alijs. Quedaȝ vo p
se ptinent ad genus q̄titatis ꝛ signanꝫ
p modū passiōis vel habitꝰ talis substā-
tie: sicut multū vel paucū signāꝫ vt passi
ones numeri: pductū ꝛ breue vt passio-
nes linee: latū ꝛ strictū vt passiōes supfi
ciei: pfundū ꝛ altuȝ passiones corporis.
Quedā etiaȝ sunt q̄ cuiuslibet quātitatis
cōtinue passiōes sunt sicut magnū ꝛ par
uū maius ꝛ minus. ¶ Deinde distīguit
phs modos q̄ntitatis p accidēs: ꝛ ponit
duos modos quoꝝ vnus est: quoꝝ aliq̄
dicunꝫ p accidēs ex hoc solo q sunt acci
dentia alicuius quātitatis: sicut albū et
musicū. Per hoc q sunt accidentia ali-
cuius subiecti qđ est q̄tum. Alio modo
dicuntur aliqua quāta p accidens ex eo
q sunt quāta p aliud inquātum scȝ diui
dunꝫ ad diuisionē alicuiꝰ quātitatis: vt
tps ꝛ motus. Motus eñ diuidiꝫ ad di-
uisionē magnitudinis in qua fit motus
nō aūt ad diuisionē eius qđ mouetꝫ. Tē
pus vo diuiditur ad diuisionem motus
¶ Circa p̄missa posset dubitari cur lo-
cus nō numeratur intꝰ species q̄ntitatis
cū sit quid diuisibile. Rn̄deꝫ q locꝰ nō
est in genere q̄ntitatis. Tū qꝛ nō est di
uisibilis nisi p accidens scȝ ad diuisionē
supficiei. Nam locꝰ materialiter est ipa
supficies. Tū qꝛ est vnū p accidēs cōple
xū ex supficie ꝛ ꝯtēto sub supficie: vt ptȝ
iiij. phoꝝ. ¶ Cōtra in p̄dicamētis poni
tur inter species quātitatis. Rn̄deo q
que phs dicit in p̄dicamētis nō sunt oīa
vera: nec loquiꝫ hic de loco fm intētio-
nē ppriā: sȝ famose fm opinionē aliorū.

Ad aliq̄d dicunꝫ alia p

se. Hic determīat phs de ad aliquid. et
p̄mo ponit modos eoꝝ q̄ sunt ad aliq̄d.
Circa qđ notandū q licet relatiōes ha-
beāt distinctiōes specificas fm suas p-
prias differētias sicut alia: sed tñ qꝛ sunt
nobis ignote accipimꝰ distinctiōes eaꝝ
p fundamenta p q̄ circūloquimur hmōi
differētias specificas q̄ forte ppter caꝝ
modicā entitatē latent nos ita q ex fun
damentis innotescit nobis distinctio ea
rū relationū siue effectiue siue materiali
ter: ita q ista distinctio fit p extrinseca.
Licet aūt fundamēta sint ī diuersis ge-
neralissimis: nō tñ oportet relatiōes sic
differre. Nō eñ oportet esse tantā diffe
rentiā intꝰ distincta quāta est intꝰ distin-
guētia: qꝛ due specialissime distinguunꝫ
nō tñ se totis: qꝛ ꝯueniūt in genere: ꝛ tñ
differētie specifice p q̄s spēs distinguun
tur: distinguunꝫ se totis. Silr in ppposi-
to fundamenta pn̄t distingui genere: tñ
relatiōes erūt eiusdem generis. Distin-
guit ḡ phs modos relationū fm diuer-
sa fundamēta: quoꝝ p̄mꝰ est qui fundaꝫ
sup numeꝝ ꝛ sup vnū. Sup numeꝝ q̄dē
fm cōparationē numeri ad numerū vel
fm cōparationē numeri ad vnuȝ: vt du-
plū ad dimidiū: triplū ad tertiā partem
multiplex ad submultiplex: cōtinens ad
cōtentū: ꝛ sic de alijs pportionibus nu-
meralibus. Accipiꝫ aūt hic cōtinēs pro
eo q excedit aliud fm q̄ntitatē. Omne
eñ excedēs fm q̄ntitatē cōtinet in se il-
lud qđ excediꝫ. Est eñ hoc ꝛ adhuc am
plius sicut q̄nq ꝯtinet in se q̄tuor: ꝛ tri
cubitū cōtinet in se bicubituȝ: qꝛ vo oīs
mēsuratio q̄ est in q̄ntitatibꝰ cōtinuis a-
liquo mō deriuaꝫ a numero: ideo relati-
ones q̄ sunt fm q̄ntitates cōtinuas etiaȝ
attribuunꝫ numero. Item qꝛ vnū est p̄n
cipiū numeri: ideo relatiōes p̄mi modi
habēt etiā fundari sup vnū. Vn̄ relatio
identitatis fundaꝫ sup vnū in substātia:
equalitas sup vnū in quantitate: simili-
tudo vo sup vnū in qualitate. ¶ Circa
qđ notādū q cuȝ vnū repiaꝫ in omī gn̄e
sicut ens: identitas pōt fundari ī substā-
tia cuiuslibet generis: ꝛ similiter equali
tas ꝛ similitudo. Unde substātia pōt su-
mi dupliciter: vno mō vt est res determi-
nati generis. alio mō p essentia rei que
est cōis omī generi vt dictū ē priꝰ. Silr

qualitas pōt sumi put ē res determiati generis: vel p qualitate eēntiali que ē cōis omi generi eo mō quo dīfitia speci fica dr qualitas a pho i hoc. v. ca. de q̄litate. Similiter quātitas pōt sumi vel vt res est determinati generis q̄ pōt di ci quātitas mobilis: vel p quātitate pfe ctionis que est gradus essentialis rei: et sic ptinet omi generi. Accipiendo igit ista pamo mō vt dicunt res determina ti generis: sic idētitas fundat sup vnū in substātia et nō sup vnū in alijs generi bus. Similiter intelligendū est de simi litudine et equalitate. Sed accipiendo ista secūdo mō: sic idētitas potest funda ri sup vnū i substātia cuiuslibet generis et similiter equalitas et similitudo. Hoc eni mō omē ens omi enti compatū: est idē vel diuersum: simile vel dissimile: equale vel inequale. Patet ergo quō mō primū fundamentū primi modi rela tiuorū est ratio numeri et vnitatis. Se cūdus modus relatiuorū fundat super potentiā actiuā vel passiuā: sicut calefa ctiuū dicit ad calefactibile: et pater ad filiū: et calefaciēs ad calefactū. Circa qd dicit Scotus. xij. q. quotlibe. q p hus nō intendit hic dicere q actio et passio sunt proxima fundamenta relationū: quia relatio nō manet pprio fundamen to nō manēte. Manet autē relatio se cūdi modi etiā nō manēte ppria actio ne vel passione: sicut aliquis manet pa ter nō manēte generatione. Intelligit ergo fundari nō tanq̄ supra fundamen tum vel rationē fundādi proximā: sed supra dispositionē mediā inter funda mentū et ipsam relationē: ipsa autē po tentia actiua et passiua est fundamentū immediatū. ¶ Contra hunc modū rela tiuorū arguitur sic: quia relatiuū nō est fundamentū relationis: sed potētia acti ua et passiua referūtur: ergo relatio nō fundat super potentiā actiuā et passiuā. Probatur maior: quia relatiuū cum sit relatiuū relatione esset processus i infi nitū in relationibus: si relatio supra rela tionē fundaret. Minor patet: quia potē tia actiua refert ad passiuā. Rn̄. dicen dū q maior est dubia: quia relatio vide tur posse fundari super aliā relationē: et p consequēs supra relatiuū sicut pporti onalitas supra pportionē: nec tunc erit processus in infinitū: quia erit deuenire ad aliquā primā relationē: cuius funda mentū nō erit alia relatio: et nec per cō sequēs relatiuū. Aliter potest dici data maiore: q potentia actiua et passiua pos sunt sumi dupliciter. Uno modo circū scripta relatione potētionalitatis. Alio mō includēdo ipsam. Primo modo nō sunt relatiua actu: et vt sic fundāt relati ones secūdi modi. Secūdo mō sunt re latiua actu: et tunc nō fundant: sed sunt aliquid compositū ex fundamēto et rela tione. ¶ Tercius modus relatiuorū fundatur super mensurabile et mensu ram: vt scientia refertur ad scibile. Sci entia eni mensuratur a scibili: nō quidē fm mensurā quantitatiuā: quia ista per tinet ad primū modū: sed fm mensura tionē essentie et veritatis. Actus eni in telligēdi est aptus natus mensurari: id est actualiter depēdere in entitate et co gnoscibilitate ab obiecto participando ipsum obiectū sicut similitudo id cuius est. Nō quidē similitudo p cōmunicati onē eiusdē forme: sed similitudo p imi tationē sicut ydeati ad ydeā. Iste igit modus potest fundari super res diuer sorū generū pro quāto quelibet res cu iuslibet generis est intelligibilis et sen sibilis potēs mensurare sensum vel sciē tiam. Fundatur etiam supra ydeam in mente diuina inquātū est mēsura et per fectio ydeati. Potest etiā fundari super res cuiuslibet generis pro quanto i om ni genere est vnū primū quod est mēsu ra omniū illius generis. Mēsura qui dem nō quantitatiua sed perfectionis: vt albedo in genere colorū. Scdm eni q colores magis accedunt ad albedinē sunt perfectiores: fm vo q recedūt ab albedine sunt imperfectiores. Patet er go quomō hi tres modi differūt fm di uersa fundamēta. Item differūt in hoc

quia vt dicit Arist. i primis duob' mo dis ē mutua depēdētia realis: vt pr̄ re fert realiter ad filiū: ⁊ ecōuerso duplū ad dimidiū. In hoc aūt nō: qꝛ licet sciē tia referat ad scibile: qꝛ nō ē sciētia nisi respectu alicui' scibilis: nō tñ ecōuerso: potest eñi scibile vel rosa esse absqꝫ eo ꝙ sit sciētia de eo: ⁊ iō scibile nō refert ad scientiā nisi relatiōe rōnis. De hoc no ta illud qđ dictū ē. iiij. ca. ij. phisi. In hoc tercio mō est omnis relatio q̄ est in ter deū ⁊ creaturā. Creatura eñi refer tur realiter ad deū: deus autē nō refert ad creaturā nisi relatione rōnis. ¶ Si arguat ɔtra p̄dicta: ꝙ tercu' mod' nō di stinguit a scđo: qꝛ sensus ⁊ sensibile refe runt ſm potentiā actiuā ⁊ passiuam: qꝛ sensibile est motiuū sensus: ex. ij. de aīa ⁊ sic ptinet ad scđm modū. Ponunt au tē hic relatiua tercij modi: g̃ tercius nō distinguit a scđo. Preterea sciētia est p se i genere qualitatis: g̃ nō refert ad sci bile: vt hic in lr̄a. Cōsequētia patet: qꝛ quale cū sit ens absolutū nō depēdet ad aliud ſm se. ¶ Ad pmū respōdeo ꝙ sen sus est equiuocus adꝑpsam naturalē po tentiā sensitiuā: ⁊ ad ipm actū sentiēdū sensus. Primo mō fundat relationē se cūdi modi: ⁊ sic pcedit ratio: sic eñi sen sus est potētia passiua. Sensus autem scđo mō fundat relationē tercij modi. Silr intelligendū est de intellectu: ⁊ sic sensus mēsurat' sensibili ⁊ itellect' itelli gibili. Pro rñsione autē ad scđm dicit doc. iiij. q. quotlibe. ꝙ relatio pōt du pliciter se hr̄e ad absolutū. Uno mō cō tingenter ⁊ p accñs sicut similitudo ad albedinē: pōt eñi esse albedo sine simili tudine. Alio mō necessario sicut relatio creature ad deū. Nō eñi pōt esse creatu ra sine relatiōe dependētie ad deū ɔser uantē eā in esse. Licet aūt talis relatio sit eadē realiter fundamēto seu absoluto nō tñ pōt quōqꝫ relatio eēntialit' icludi i absoluto: qꝛ tūc illud eēt eēntialit' ad se ⁊ essentialit' ad alterū: nec absolutū ⁊ re spect' pñt essentialit' includi in aliq̄ p se vno vni' generis. Ex q̄ sequit ꝙ act' co gnoscēdi vel nō erit p se vnū vni' gen e ris: vel nō p se icludat illa duo. Videt g̃ ꝙ talis actus nō sit essentialiter respe ctiu': licet habeat relationē necessario ɔsequentē. Vel si dicat ꝙ ē quoddā to tū includēs illa duo: tūc nō erit aliquid p se vnū. Hinc patet illud Aristo. i p̄di camētis: Nihil phibet idē i plurib' ge nerib' enūciari: qđ nō est intelligendū de aliquo p se vnū. Et ſm hoc pōt intel ligi dictū Auerrois. vij phi. Dignū ē ꝙ scia ē de p̄dicamēto ad aliqđ ⁊ de q̄ litate: qđ forte verū ē q̄tū ad illud qđ for mali' ē i significatōe nois impositi ambo bus vel illi toti p accñs: qđ ē absolutū sub respectu. Ex hoc forte etiā pōt intel ligi illud. v. meta. ꝙ aliqua dicunt ad aliqđ ſm gen': vt medicina (qꝛ ipsi' ge nus ē scia) videt esse eorū q̄ ad aliquid. Nomen forte speciei imponit ad signifi candū pcise qualitatem: ⁊ pꝑter hoc nō dicit ad pprium correlatiuū. Nomen au tem generis nō imponit pcise ad signifi candū genus siue qualitatē: sꝫ ad signi ficandū ipsam sub regula. ¶ Ex p̄dicti etis patet respōsio ad argumentū. Re spectus eñi scientie ad scibile ē i genere relatiōis: fundamentū vo illius ē in ge nere qualitatis. Patet etiā vlterius ꝙ ad distinctionē p̄dicamētorū nō necessa rio requirit distinctio realis: sꝫ sufficit di stinctio formalis. Relatio eñi sciētie vl' actus cognoscēdi ad scibile est idē reali ter cū fundamēto: cū ipm necessario cō sequat vt dictū est: ⁊ tamen sunt i diuer sis p̄dicamentis. ¶ Dicit cōsequenter phs: ꝙ idem relatiuū nō potest referri ad plura: quia tūc idē bis diceret. i. dif finiret: quia cū esse relatiui sit ad aliud: ita ꝙ relatiuum habet diffiniri p suum correlatiuū. Si idē referret ad plura ha beret plures diffinitiōes essentiales qđ est impossibile. Unū dicit ꝙ intellect'. i. intellectio nō refert ad intelligibile et ad intelligentē: qđ est intelligendū ſm candē relationē: hoc tñ nō obstāte pōt referri ad vtrunqꝫ alia ⁊ alia relatione. Intellectio eñi refert ad itelligibile vt

mensuratū ad mensurā: ⁊ refert ad intelligentē vt pductū ad pducentē vel accñs ad subiectū. ¶ Ad euidentiā p̄dicto℞ notandū q aliquid ꝯuenire alicui pōt eē duplr. vno mō p se pmo: alio mō p se nō pmo. Illud cōuenit alicui p se pmo qd̄ cōpetit ei p suā ppriā rōnem specificā. Sꝫ illud cōpetit alicui p se nō pmo qd̄ cōpetit ei p cām in se: nō tñ p ppriā rōem specificā. Et hinc est q illud qd̄ inest p se pmo inest adequate: nō autē illud qd̄ inest p se nō pmo. Exēplū pmi: hr̄e tres angulos inest triāgulo. Exemplū scd̄i: hr̄e tres angulos inest ysoschelo. Intēdit aūt hic pħs q idē nō potest referri ad plura p se pmo: qꝛ tunc idē bis diffiniret vt dictū est: hoc tñ nō obstāte idē potest referri ad plura p se nō pmo. Duplū eñ nō refert ad dimidiū p se pmo vt ad ppriū correlatiuū. Quia vō multiplex qd̄ est gen⁹ ad duplum: refert per se pmo ad submultiplex vt ad pprium correlatiuū: ideo duplū refert ad submultiplex p se nō pmo sicut ad correlatiuū sui generis: quia ad qdcūq refert genus p se pmo: refert spēs p se nō pmo. ¶ Si arguat ꝯtra p̄dicta q idē per se pmo potest referri ad diuersa: qꝛ idē ꝯtinēs p se pmo refertur ad plura ꝯtēta: ⁊ idem pater ad plures filios. Respōdeo q continens licet idem sit materialiter ⁊ subiectiue in cōparatione ad plura contenta ad que refertur per se pmo: est tamē plura ꝯtinētia formaliter: quia ppriis et distinctis relationibus continētie refertur ad qd̄libet isto℞. Sic idē pater alia paternitate refert ad vnuꝫ filium ⁊ alia ad alium. ¶ Notandū autēꝫ q differt dicere fundamentū relationis ⁊ subiectū. Fūdamentū eñ relationis dicit illud i qd̄ relatio imediate fūdat: puta silitudo i albedine. Subiectū aūt dicit illud i q fūdat mediāte primo fūdamēto: puta silitudo i hoie mediāte albedie. Fūdamētū aūt p se refert: albedo eñ p se ē silis: sꝫ subiectū p accidens refert: ideo homo p accidens dicit similis vel duplus.

¶ Circa hoc capitulum de ad aliquid notandum: q relatio est nomen equiuocum ad relationem realem ⁊ relationem rationis: sicut ens ad ens reale: et ens rationis. Et ideo ens rationis non est in genere: cū predicamenta sint entia realia.

Ad relationem autēꝫ realē tria requirunt fm Sco. di. xxxi. primi senten. ⁊ vj. q. quotlibeto℞. Primo q extrema sint realia. s. fundamentū et terminus. Secundo q sint realiter distincta. Et tercio q ex natura extremorū sequat talis relatio absq opatiōe alicuius potentie compantis vnū extremū alteri. Relatio aūt rationis ē fabricata p aliquā potentiā compantē vnuꝫ ad aliud: vt vniuersalitas est relatio rationis causata p intellectū compantem vnū superius ad multa inferiora. Et si illud superius immediate comparet ad singularia dicit spēs que ē nomē ipsius ad significādū hmōi respectū rōnis. Si vō illud cōmune nō imediate cōpetur ad singularia: dicit genus primuꝫ vel subalternū: ⁊ sic semp ascendēdo vsq ad primū gen⁹ generalissimū. s. ens: ⁊ imo vsq ad ens quod est primū vniuersale cōmunissimū: ⁊ tales relationes rationis sunt intētiones secūde de quibus est consideratio logica: ⁊ generalit̄ omnis relatio in qua deest aliqua triū conditionū predicta℞ est relatio rationis. Propter primū oppositio cōtradictoria est relatio rationis: qꝛ vnū ꝯtradictoriorum nihil ponit. Propter secundā relatio eiusdē ad se ē rōnis: qꝛ nō sunt ibi extrema realit̄ distīcta. Propter terciā relatio dei ad creaturā ē rōnis: qꝛ est per intellectū compantē deū ⁊ creaturam. ¶ Notandū insuper q relatio realis ē duplex. s. fm esse et fm dici. Relatiua fm esse dicuntur illa que in sua essentia includunt respectū ad aliud: vt duplus ⁊ dimidium. Relatiua vō fm dici sunt illa que non includunt essentialiter respectum ad aliud. Licet eñ talia alio℞

dicanf: et sint in predicamento ad aliqd: nō tamē fm esse suū s3 per respectū sun datū in sua essentia: vt scientia refertur ad scibile. Item notādū q licet relatio semper requirat terminū: aliter tamen est in relatione actuali et aptitudinali. Relatio eñ actualis requirit terminu3 in actu. Relatio vo aptitudinalis tan- tū requirit terminū in aptitudine: sicut risibilitas est ad actū ridendi qui est in potentia: licet nō sit in actuali existētia ¶ Ulterius notandū q queda3 sunt re lationes equiparantie et quedā disqui- parantie. Relatio eqparantie est illa q fm eandē ratione fundamenti est, i sup posito qd refertur: et in supposito ad qd refertur: vt dicit Scotus. xix. dist. pri- mi sentē. Sicut similitudo requirit ean dem rationē albedinis in hoc et in illo. Relatio aute3 disquiparantie nō sic re- quirit eandē rationem fundamēti: vt pa ternitas et filiatio: quorum vna fundat in potentia actiua generādi: aliud vero in passiua.

Perfectum vero dici-

tur vnu3 etc. Postq phus distinxit no- mina que signāt causas et subiecta et par tes subiecto huius sciētie: hic incipit determinare ea que se habent per mo- dū passionū. Et primo ponit plures mo dos huius nomīs perfectū: quoru3 duo pronūc sufficiāt. Perfectū vno mō dici citur illud cui nihil omnino deficit per- fectionis: et hoc mō ptinet soli deo i quo est pfectissima bonitas cui nihil deest d omnibus perfectionibus in singulis ge- neribus inuētis. Alio mō aliqd d: pfe ctū i aliquo genere cui nihil deest eorū q ad pfectionē illi⁹ generis ptinēt: sicut aliqs dicif pfect⁹ medic⁹ qn nihil ei de- est qd ptinet ad speciē, ppie vtut. Se cundū aūt hūc modū trāslatiue vtimur noīe pfecti et boni i malis: vt aliqs dici tur pfect⁹ latro qn i nullo deficit ab eo qd competit ei inquātū talis.

Terminus dicitur qd

est cuiuslibet vltimu3. Quia perfectū ē qdammō quid terminatū et completū: ideo distinguit hic Aristo. hoc nomen terminus. Qd quide3 nomē potest su- mi dupliciter ad psens. Uno mō eñ su- mitur terminus pro fine cuiuslibet rei. Alio mō sumif p diffinitiōe quidditati ua rei que dicif terminus: quia ē termi nus cognitiōis Incipit eñ cognitio rei ab aliquibus signis exterioribus quibus peruenif ad cognoscendū rei diffinitio nē: quo cū peruētū fuerit habeb. pfecta cognitio de re.

Dispositio dicitur ha

bitus. Hic ponit multiplicē modū hu- ius nominis dispositio. Circa qd notā- dū: q dispositio notat quedā ordinē p- tiu3: qd potest esse tripliciter. Uno mō fm ordinē partiū in loco: et illo mō dis- positio siue situs est quoddā predicamē tum: qd quidem distinguitur a predica mento vbi: quia vbi dicit tm respectu3 loci ad locatū. Positio vero siue sit⁹ vl- tra hoc dicit ordinē partiū i loco. Aliū eñ ordinē habēt partes ad locatū quā- do homo sedet q qn stat vel iacet. Et il lo mō sedere et stare et hmoi ponūtur in hoc predicamento. Alio mō ordo parti um attēditur fm virtutē: et sic dispositio pertinet ad primā speciē qualitatis. Il le eñ qui habet vtutē vel scientiā par- tim siue imperfecte dicif habere dispo- sitione3. Tercio mō sumitur dispositio siue situs fm ordinē partiū in toto: et sic est differētia quātitatis. Quedam eñ quātitas ē habēs positionē vt linea: su perficies: alia nō habēs: vt numerus.

Priuatio dicitur vno

mō. Quia priuatio dicit negationē ha bitus vel perfectionis: ideo ponit con- sequēter modos priuationis: de quib⁹ quattuor, p nūc sufficiāt. Primo eñ mō dicitur priuatio qn ab aliquo nō habe- tur id qd natu3 est haberi: lic3 illud qd i pso caret nō sit natum ipsum habere: si cut plāta dicitur priuari oculis: q: ocu-

li nati sunt haberi: nō tamē a plāta. Secūdo mō aliquid dicit̄ priuari: eo q̄ natū est habere aut s̄m se aut s̄m gen⁹ suū. Scdm̄ se: sicut homo cecus dicit̄ priuari visu quē natus ē habere s̄m se. Talpa autem dicit̄ priuari visu: nō quia ipa s̄m se sit nata habere visum: s̄ȝ quia genus eius. s. animal est natū habere visū. Tercio mō aliquid dicit̄ priuari aliquo si nō habet ipm̄ qn̄ ⁊ vbi natū est ipsum habere: ⁊ sic de alijs circumstantijs: vn̄ cattus nō dicit̄ cecus añ nonū die: quia tūc nō est natū habere visum. Quarto mō aliquid dicit̄ priuari eo q̄ ei auferť per violentiā.

Ex aliquo esse dicitur

vno quidē mō ⁊c̄. Quia totū ⁊ p̄fectuȝ quodammō sunt idē: ⁊ ex partibus constituit̄ totū: ideo hic Arist. ostēdit quot modis dicit̄ esse aliquid ex aliquo: quorū duo p̄ nūc sufficiant. Aliquod eīn dicit̄ esse ex aliquo inquantū ista p̄positio ex: importat nō tm̄ ordinē s̄ȝ etiā causalitatē: sicut domus dicit̄ esse ex lapidib⁹ tanq̄ ex materia: et edificatore tanq̄ ex efficiente. Secūdo mō aliquid dicit̄ ex aliquo inq̄tū ly ex: importat solum ordinē: siue sit ordo tēporis siue motus. Et sic aliqd̄ dicit̄ fieri ex aliquo post quod fit: sicut nox fit ex die. i. post diem: ⁊ album ex nigro.

Explicit quintus liber Metaphisice.
Sequitur sextus liber.



Rinci pia ⁊ cause q̄runt̄ entium: palaȝ. Postq̄ ph̄s in. v. li. determinauit intētiōes nominū q̄ i vniuo sciētie ɔsideratōe cadūt hic determinat de rebus quas ɔsiderat hec sciētia vt d̄ ente ⁊ de his que ɔsequunt̄ ad ens. Et primo ostēdit quomō hec sciētia habeat determinare de ente: secundo incipit de ente determinare i septimo. Prima adhuc in duas. In p̄ma eīn ostēdit modū tractādi de entib⁹ q̄ cōpetit huic sciē p̄ d̄ñaȝ ad alias sciētias. In secūda remouet ɔsiderationē hui⁹ sciētie circa ens aliquibus modis dictū: ibi: S̄ȝ qm̄ ens simpliciter. Quo ad p̄mū dicit: q̄ licet hec sciētia ɔueniat cū alijs: q: habet ɔsiderare principia ⁊ causas entiū sicut alie sciētie habēt ɔsiderare principia sui subiecti. Tamē hec scientia differt ab alijs dupliciter. Prima d̄ñtia ē q: nulla alia sciētia tractat de ente i cōi nisi ista. Scd̄a aūt d̄ñtia ostendit ex diuisione sciētiaȝ. Diuidit eīn ph̄s sciām in cōi realē. s. in practicā ⁊ speculatiuā. Practicā v̄o diuidit i actiuā ⁊ factiuā. Actiua eīn dirigit in opatiōnē imanentē: vt ē sciā moralis. Factiua v̄o i opationē trāseuntē: vt sunt artes mechanice. Speculatiuā v̄o siue theoricā diuidit in phisicā: mathematicā ⁊ metaphisicā. Phisica eīn ɔsiderat mobilia ⁊ insepabilia a materia in vniuersali. Cuȝ q: de singularibus nō ē sciā. Mathematica aūt ɔsiderat immobilia et sepabilia s̄m rōnē: licet talia nō sint imobilia ⁊ separata a materia s̄m reȝ. Metaphisica v̄o ɔsiderat imobilia ⁊ sepabilia a materia s̄m rē: cuiusmodi sunt deus et intelligētie: ⁊ sic patet distinctio hui⁹ sciētie ab alijs. ¶ Ad euidentiā diuisionis sciētie in practicā ⁊ speculatiuam: nos

tandũ ſm q pōt elici ex dictis doc. ſub-
ti. in ꝓlogo pmi ſen. q practicũ ⁊ ſpecu
latiuũ pñt dupliciter ſumi. Uno mō vt
practicũ ſumat ꝓ eſſe aptitudinalit̃ dire
ctiuo ſeu ꝓ ipſo duplici reſpectu aptitu-
dinali: de quo dictũ ẽ in .j. hui⁹ Specu
latiuũ võ ſumat ꝓ negatione illius du-
plicis reſpectus vel extenſibilitatis ad
praxim. Alio modo poteſt ſumi practi-
cũ vel practibilitas ꝓ ratione ſeu ꝯditi-
one quadã intrinſeca ipſi noticie: q̃ qui-
dẽ eſt ſibi ratio fundãdi talẽ reſpectũ vl'
aptitudinẽ. Speculatiuũ ſeu ſpeculabi-
litas ꝓ illa ratione intrinſeca ꝑ quã re
pugnat tali noticie aptitudo ſeu r̃ſpect⁹
aptitudinalis ꝑdict⁹. Impoſſibile ẽ eñi
aliquã aptitudinẽ conuenire vni: et re
pugnare alteri nature niſi ratione ali-
cuius conditionis intrinſece. Speculati-
uũ ergo ⁊ practicũ primo modo nõ ſunt
differentie eſſentiales in cõmuni: quod
probatur ſic: Nullus reſpectus formali
ter vel negatio reſpectus eſt differẽtia
eſſentialis alicuius abſoluti: ſed ſciẽtia
eſt quoddã ens abſolutum quia quali-
tas. Practicũ autem primo modo dicit
reſpectũ formaliter: ⁊ ſpeculatiuũ nega
tionẽ eius: ergo practicũ ⁊ ſpeculatiuũ
primo modo nõ ſunt differẽtie ſcientie ĩ
cõmuni. Si queras: quid ergo ſũt. Di-
cendũ ergo q ſunt quedã paſſiones diſ
iũcte ſcientie in cõmuni eodẽ modo quo
dicimus par ⁊ impar eſſe paſſiones nu-
meri: ſicut eñi omis numerus eſt par vl'
impar: ſic omis ſciẽtia eſt ſpeculatiua vl'
practica. Practicũ võ ⁊ ſpeculatiuũ ſe-
cundo mõ dicta ſunt differentie eſſentia
les in cõmuni. Quod perſuadeo ſic: Il
la que faciunt differre eſſentialiter ſpeci
es cõtentas ſub genere ſunt differentie
eſſentiales eius: ſed practicũ ⁊ ſpecula
tiuũ ſecũdo mõ dicta ſunt huiuſmodi: er
go ⁊c̃. Minor probatur: quia ex quo ſci
entia ſpeculatiua ⁊ practica ſunt due ſpe
cies cõtente ſub ſcientia in cõmuni vt
ſub genere: oportet dare differẽtias eſſen
tiales per quas diſtinguunt. Iſtas vo-
co conditiones ſeu rationes eax̃ intriſe

cas: ꝑ quas ꝯuenit duplex reſpect⁹ vni
⁊ repugnet alteri. ¶ Notãdũ inſuꝑ q
licet practicũ ⁊ ſpeculatiuũ poſſint diſti
gui a fine: qr vt habet .ij. hui⁹: finis ſpe
culatiue eſt ſcire: practice võ op⁹. Habi
tus tamẽ eſt practicus per naturam in-
trinſecã noticie vt per cauſam formalẽ:
quia omẽ formaliter tale eſt tale per ali
quod tale intrinſecũ. Q ergo habitus
practic⁹ habeat talẽ reſpectũ ad praxim
dirigendã: hoc eſt formaliter ꝑ naturã
intrinſecã noticie: quã naturã habẽ ab
obiecto vt a cauſa extrinſeca: ⁊ ſic prior
diſtinctio practici ⁊ ſpeculatiui ẽ ab ob
iectis ſeu ſubiectis: quod ꝓbat ꝑ phm ĩ
lr̃a diſtinguentem huiõi ſciẽtias penes
obiecta vel ſubiecta. Itẽ per eundẽ .vj.
ethicox̃: diſtinguentẽ ratiõatiuũ: id ẽ
habitũ practicũ a ſcientifico ſiue ſpecula
tiuo penes obiectũ neceſſariũ ⁊ ꝯtinẽs:
quod quidẽ eſt intelligendũ nõ quia cir
ca obiectũ neceſſariũ poſſit eſſe ſcientia
practica: quia theologia que eſt de deo
eſt practica: cũ ſit directiua in dilectio
nẽ dei. Finis eñi legis (ſm aplm) ẽ di
lectio: ſed ſciẽtia practica dicit eſſe circa
obiectũ ꝯtingẽs: id eſt circa obiectũ cir
ca quod ꝯtingenter poteſt elici operatiõ
vt circa deũ poteſt elici vel nõ elici ei⁹
dilectio: quia poſſumus eũ diligere vel
nõ diligere. Practica ergo a ſpeculati-
ua diſtinguitur: ⁊ habet primo ſuũ eſſe
practicũ ab obiecto: quod probatur tali
ratione: quia ſcientia dicit practica pro
pter extenſionẽ aptitudinalẽ ad opus:
vt dictũ eſt .j. huius. Tũc ſic nũq apti-
tudo cõuenit vni nature ⁊ repugnat al-
teri: niſi ꝓpter aliquod abſolutũ intrin
ſecũ in iſta natura: quia eñi hec natura
talis eſt: igit ſibi cõpetit vel nõ cõpetit
aptitudo: igit ꝑſupponit ĩ illa ſciẽtia ali
quã ꝯditionẽ intrinſecã per quam ꝯue
nit ſibi aptitudo talis. Iſta autem ſcien
tie ꝯditio in ſe eſt ab aliqua eius cauſa ꝑ
ori. Prime aũt cauſe eius ſũt intellect⁹
⁊ obiectũ: ergo practicũ eſſe ꝯuenit ſciẽ
tie ab obiecto vel ab intellectu: hoc aũt
nõ ꝯuenit ſibi ab intellectu: quia tũc om

nis noticia esset practica: ergo ꝯuenit ei ab obiecto. ¶ Cōtra: q: finis ē causa p̄ma ſm Auic. vi. meta. ergo a fine potest esse scientia talis nature vt ei ꝯueniat talis aptitudo. Respō. finis nō ē causa nisi inquantū desideratus et amatus mouet efficiens ad agendū: aptitudo ergo dicta ꝯuenit sciētie: siue sit finis amatus siue nō: quia potest esse in intellectu dicta scientia: qualitercūq; voluntas se habeat. Exempli gratia: Scientia scribendi potest esse in anima: siue volūtas amet opus siue nō. Talis ergo aptitudo nō competit scientie a fine tanq̄ a finali causa: quia nihil inest ab aliqua causa quod inest etiā causa illa nō causante Scientia igit̄ dicit̄ practica ab obiecto: ita q̄ impossibile est circa idē obiectum esse scientiā practicā ꝛ speculatiuam.

¶ Si dicas q̄ medicina diuidit̄ in practicā ꝛ speculatiuā: ꝛ tamē ipsa est de aliquo eodē subiecto: puta de sanitate vel corpe sanabili. ¶ Pro rñsione dicendū q̄ quando accipit̄ aliquod mediū inter duo extrema: quāto pl᷑ recedit ab vno extremo: tāto plus accedit ad aliud extremū. Nūc autē scientia pure practica ꝛ pure speculatiua: que. s. practica ē natura imediate esse ꝯformis praxi eliciēde que est particularis practica: sunt q̄dā extrema inter que est scientia media practica vniuersalis: que. s. nō est apta nata esse ꝯformis immediate praxi eliciende: ꝛ ideo pōt dici aliquo mō speculatiua respectu sciētie practice particularis: que immediate dirigit ī praxim eliciendā: ꝛ ita potest poni ars speculatiua respectu habitus experti: quia ars tanq̄ vniuersalior habitus nō ita immediate dirigit: sicut bene apparet. j. huius. Artifex eñ frequēter errabit: expt᷑ aūt nō errabit. Sic ī ꝓposito pōt distingui medicina in theoricā seu speculatiuam: que. s. est de vniuersalibus causis ꝛ curis: ꝛ in practicā que est de ꝑticularib᷑ et ꝓpinquis praxi: tñ ſm veritatem illa vniuersalis que respectiue dicit̄ speculatiua est practica simpliciter: quia ꝟtualiter includit particularē practicā: ꝛ est directiua praxis: licet mediate. De hoc nota ea que dicta sunt vlti. ca. iij. ꝺ anima. Iuxta aūt diuisionē trimēbrē scientie speculatiue prius positā: ideꝫ doctor inquirit in hoc sexto p̄mo de scientiarū distinctione: scd̄o de Aristo. intentione

Quantū ad primū dicit: q̄ cū habitus intellectus sit quedaꝫ qualitas generata ex frequēti ꝯsideratione vel ex vnica ꝑfecta inclinās quādoq; ad ꝯsimilē ꝯsiderationē respectu cōplexi speculandi pōt poni duplex habitus. Un᷑ ꝓprius qui formaliter inclinat ad speculationē eius tāq̄ naturalis similitudo ex ei᷑ ꝯsideratiōe derelicta. Alius ponit habit᷑ q̄ ꝟtualiter inclinat ad speculationē alterius: in quo tale cōplexū ꝟtualr̄ ꝯtinet. Primo mō sunt tot sciētie distīcte spē quot sunt scibilia illo mō: quod sic ꝓbat̄: Habitus innotescūt ꝑ actus: sed respectu diuersarū ꝯclusionū sunt diuersi actus sciendi distincti spē: ergo ꝛ habitus spē distincti. Minor ꝓbat̄: q: actus sciendi circa diuersas ꝯclusiones sūt distincti pl᷑ q̄ numero: ergo spē. Cōseq̄ntia patꝫ: q: dr̄ña maior dr̄ña nūerali est dr̄ña specifica vl' maior specifica: ꝓbatō añcedētis: q: si nō: tūc plres act᷑ sciendi circa diuersas ꝯclusiōes nō pl᷑ distiguerent̄ q̄ act᷑ sciēdi circa eādē ꝯclusioneꝫ freq̄nter elicit᷑. Pꝫ ḡ q̄ ſm eūdē modū tot erūt scie spē distīcte q̄t sūt demōstrabiles ꝯclusiones. Scia eñ ē habit᷑ ꝯclusionis demōstrate: ex. j. posterioꝝ. Scd̄o aūt mō pōt esse vn᷑ habit᷑ respectu multoꝝ complexoꝝ. Cū eñ ꝯclusiones sint in diuersis principijs ꝟtualr̄ ꝛ principia sint ꝟtualiter ī subiecto: q̄a termin᷑ subiect᷑ includit p̄dicatū in primis p̄ncipijs: ꝛ hoc vel essentialr̄ si sūt ꝑ se p̄mo mō: vel ꝟtualr̄ si sūt ꝑ se scd̄o mō. Quia in q̄tū sic ē: sequit̄ q̄ ī subiecto incōplexo quidditatiue cognito virtualiter ꝯtineant̄ p̄ncipia ꝛ ꝯclusiones ꝺ tali subiecto: ꝛ sic tota noticia q̄ ꝺ subiecto illo nata est haberi ꝛ etiā vlteri᷑ que nata est haberi ꝺ alijs ꝑ rōnē eius

siue sint inferiora contenta sub ipsa siue sint aliqua attributa ad ipm vt ad pmū oīa virtualiter ptinētur i illo subiecto. ita q habit9 q̄ inclinat formaliter ad speculandū tale subiectū fm ratione3 quiditatiuā incllat etiā virtualiter ad oīa cōplexa pdicta. S3 primo ad cognoscendū ipa de subiecto ipo: p se aūt non primo ad cognoscendū de alijs p rationes eius: 7 ita respectu omniū istoꝝ ē vnus habitus virtualiter. Prima ergo distinctio scientiarū fm conclusiones scitas potest poni esse fm spēs specialissimas. S3 ista que est fm virtualiter continere potest poni distinctio fm genera prima sic intelligēdo q in vna noticia subiecti oēs scientie primo mō dicte virtualiter contēte sunt vnius generis tm̄. S3 noticia continens est vna specie sicut et subiectū eius. Et hoc mō potest intelligi illud. j. posterioꝝ: q vna scientia est vnius generis subiecti: que sc3 est vna vel vnitate specifica vel vnitate generis pximi mō pceexposito. Ultra scientiā secundo mō dictā est vnitas scientie minor que est respectu multoꝝ terminoꝝ 7 complexoꝝ ad que nō incliat virtualiter vnus habitus subiecti: nec primo nec per se: vt dicebatur in secundo mō: s3 tm̄ in potentia 7 in vniuersali: sicut est habitus inclinās formaliter ad ɔsiderandū ppria inferioꝝ de ipsis tm̄ i vniuersali: que. s. scienda sunt p ppriae rōnes inferioꝝ: 7 nō p naturā cōmunis. Ista ē vnitas mīma: et pōt dici vnitas generis remoti intelligēdo sili m̄ vt ē expositū est in secūdo mō de scientia virtualiter que in se est vna specie: s3 scientie oēs in ista contente mō pdicto sūt vna genere remoto. ¶ Quantū ad scđm dico tria: pmū ē q loquit ibi d scia speculatiua reali. s. q̄ ɔsiderat intētiones pmas abstractas a singlarib9 reb9 7 dictas de illi i q̄d: p hoc excludit logica q̄ ē de scđis intētionib9: q̄ de nulla re pme intētionis pdicat in q̄d. Scđm dictū ē q loquit pbs hic de scia speculatiua stricte sumpta: que. s. ex natura rei 7 subiecti ordinatur ad scire tm̄ tāq̄ ad finē: 7 nūq̄ ordinat ad scire directiuū in aliqua opatōe que nō ē essentialiter speculatio: p qđ excludit practica vl'is q̄ est largo mō speculatiua dicta eo mō q̄ medicina vl'is theorica nominat. Terciū dictū est: q pbus loquit hic de scientia speculatiua possibili acquiri ab homie lumine naturali intellectus. s. ex principijs cognitis via sensus: quia nostra cognitio orit a sensu. j. posterioꝝ: p qđ excludit speclatiua cognitio de substātijs sepatis q̄tū ad ppria ipsarū: vt dicetur infra. Scientia ergo speculatiua cū triplici determinatione pdicta sufficiēter hic diuidit a pbo in partes tres: sic itelligendo q illa diuisio est primaria q̄ sc3 est in diuidentia ptenta immediate sub diuiso: quod sic patet: quia talis diuisio nō potest esse in scientias habentes vnitatē primo mō: quia iste sunt specialissime species 7 remotissime a diuiso: quare oportet q sit in habentes vnitatē secūdo aut tercio mō: sed istarum vnitatū vtraq̄ correspōdet vnitati subiecti virtualiter ptinētis totā scientiā: vt dictū est supra: ergo sequit q fm distinctionē taliū subiectoꝝ: oportet esse distinctione3 talium scientiarū. Hanc ɔclusionem sic expositam probo sic: Subiecta prima p prie speculabilia 7 realia: de quib9 possunt sciri aliqua via sensus sunt tria tm̄: ergo tm̄ sūt tres scientie speculatiue reales 7 pprie scibiles naturaliter via sensus. Cōseq̄ns est euidēs ex pdictis. Añs ceđo, pbat sic: q: ab oībus speciebus cōib9 potest abstrahi vnū cōe qđ est ens habēs pprias passiōnes: ex. iiij. huius: vt sunt omnia transcendentia: puta bonum: vnū: verū: actus 7 potētia 7c. ergo de ente est aliqua scientia possibilis q̄ntum ad tales passiones: et etiam necessaria: quia cognitio nostra pcedit a cōmunibus ad ppria: ex primo phisicoꝝ. Ens aūt est subiectū reale: q: pdicat de rebus in q̄d: 7 est subiectum speculabile pprie: q: circa ens inquātū ens nō ē nata eē speculatio aliqua directiua i ali

qua opatiõe q̃ ſit vere praxis alteri⁹ ge-
neris a ſpeculatione. Item paſſiões ei⁹
pñt oſtẽdi de ipſo ex principijs cognitis
via ſenſus: habem⁹ ergo vnũ ſubiectum
primũ qd̄ habet oẽs coditiões p̄dictas:
et ſic patʒ prima ps añcedẽtis. Ulterius
qꝛ habitus in vniuerſali nõ eſt reſpectu
ꝓprioꝝ niſi in potentia tñ: et ſm quid:
et ad hoc ꝙ intellectus circa aliqua ſpe
culabilia pficiaꝛ oportet deſcendere infe
rius ⁊ querere ſubiecta ſpecialia. ¶ No
tandũ ergo p̄mo ꝙ ſub ente occurrũt p̄-
mo decẽ genera generaliſſima de q̇bus
ex pricipijs notis via ſenſus nõ ſunt de-
monſtrabiles alique paſſiões q̄ tranſcẽ
dentes: et ideo nullũ illorũ eſt ſubiectuʒ
alterius ſcientie q̄ metaphiſice. Ulte-
rius ſi oportet diuidere ad inueſtigan-
dũ ſubiectum alicuius ſcientie: nõ opor-
tet procedere diuidendo aliquod genus
accidentis: quia quodlibet iſtorũ ⁊ ques-
libet ſpecies cuiuſlibet iſtoꝝ in aliq̄ ſpe-
cie ſubſtãtie mediate vel immediate vir
tualiter continetur. Et ita ſi quodcũq̃
iſtorũ poneret pro ſubiecto: licʒ forte ha
beret aliquam paſſionem de ſe ſcibilem
nõ tñ eſſet primũ ſubiectuʒ: quare nõ ac
cipitur prima diſtinctio ſciẽtiaꝝ penes
aliquod iſtorum. Oportet igiꝛ diuide-
re ſubſtantiam precise vt ſubiect[illegible]
mũ habeatur alteri⁹ ſciẽtie a metap[illegible]ſi
ca: diuiſa aũt ſubſtantia p corporeã ⁊ in-
corporeaʒ alterũ membrũ ſcʒ incorporeũ
ponitur pertinere ad metaphiſicã: cui⁹
ratio eſt: qꝛ ſi ſubſtãtia incorporea habe
at paſſiones ſibi primo inherentes non
tamẽ nobis ſcibiles via ſenſus: ſʒ ſic ſunt
note de ipſa ſole paſſiones entis. Uñ ve
rum eſt ꝙ illa ſubſtantia eſt ſubiectũ re-
ſpectu ſcientie ſpeculatiue poſſibilis in-
tellectui potenti in cognitionẽ ipſarum
ſub ꝓpria ratione ſed nõ nobis. Reſtat
igitur ſubſtantia corporea cui abſolute
conſiderate ineſt primo quantitas cõti-
nua: ⁊ ſm aliq̄s diſcreta ⁊ mediante q̄n
titate oĩa q̃ conſequunꝛ q̄ntitatẽ vt ſunt
relationes fundate ſup qñãtitatẽ: ⁊ qua
litates quarte ſpeciei: ⁊ iſte paſſiões ſũt
de ipſa cognoſcibiles ex principijs no-
tis via ſenſus: ergo ipſa eſt vel poteſt eẽ
ſubiectum ſcientie ſpeculatiue poſſibilis
nobis ⁊ alteri⁹ a metaphiſica: ⁊ hec vo-
catur mathematica: que q̄uis dicaꝛ eſſe
de quanto ſiue quantitate ideo eſt: quia
mathematica nõ multũ comparat quan
titatem ad ſubſtantiã corporeã: ſʒ poſte-
riores paſſiones ad quãtitatẽ que eſt pri
ma paſſio ſubſtantie corporee. Et qꝛ iſta
nota eſt ineſſe ſubiecto ⁊ ideo ſupponiꝛ
vt formalis ratio ſubiecti poſterioꝝ paſ-
ſionũ: tñ ſm rei veritatem primũ ſubie-
ctũ virtute continens oĩa: eſt ſubſtantia
corporea: ⁊ ſic patet alia ps añcedentis.
Ulteri⁹ eadẽ ſubſtãtia corporea nõ con-
tracta ad inferi⁹: ſed alio mõ cõſiderata
inq̄tum ſcʒ habet formam que eſt prin-
cipiũ determinate operationis ⁊ mot⁹ ⁊ q̄
etis habet multas paſſiones ſic ſibi inhe
rentes ⁊ ſcibiles p viam ſenſus: Ergo q̄
ad iſtas paſſiões eſt alia ſpeculatiua ter
tia q̃ diciꝛ phiſica ſiue naturaꝛ: ⁊ ſic patʒ
tertia pars antecedentis. Preter iſtas
tres nõ põt inueniri aliqua ſciẽtia ſpecu
latiua que nõ cõtineaꝛ ſub aliqua iſtaꝝ:
puta ſi ſit de aliqua ſubſtantia inferiori:
vel in aliqua iſtaruʒ includatur: puta ſi
ſit de aliquo accidẽte: ꝗ tñ ſunt iſte tres
diuidentes primo ſcientiam ſpeculatiuã
penes tria ſubiecta habentia conditões
ſuperius expreſſas: ⁊ ſic patet totũ ante-
cedens. ſic igitur ad queſtioneʒ. ¶ No
tandũ inſup ꝙ nõ eſt incõueniẽs tracta
ri de eodeʒ in pluribus ſcientijs: ſm tñ
aliam ⁊ aliam rationem: vt metaphiſica
tractat de q̄ntitate inq̄tuʒ eſt ps entis:
et habet rationẽ entis: phiſica aũt vt po
teſt eſſe ſubiectũ mot⁹: mathematica aũt
ſub preciſa ratione quantitatis.

Sed qm̄ ens ſimpliciꝛ

Hic oſtendit Ariſto. de q̇b⁹ entib⁹ hec
ſcientia p̄ncipaliter tractare intendat.
Et primo oſtẽdit ꝙ nõ tractat d̄ ente p
accidens: Scd̄o ꝙ nec de ente ꝙ ẽ ideʒ
qd̄ veꝝ ibi: Qd̄ aũt vt verũ ens. Circa
p̄mũ dicit ꝙ cũ d̄ ente p accidẽs nõ poſ-

sit esse aliqua scia: metaphisica nō erit d̄
ente p accidēs. ¶ Ad cuius euidentiā
Sco. ponit hic aliquas distinctiões: de-
inde ostendit aliquas conclusiones. De
primo sit ista prima distinctio: q̄ ens p
accidens dicitur dupliciter: vno modo
vt ly p accidens priuat pseitatē in enti-
tate s̄m se: et sic aggregatū ex rebus di
uersoꝝ generū d̄r ens p accidens siue no
minet̄ vno noīe vt albū qd̄ importat sub
iectū cū accidēte siue noīet̄ diuersis no-
minib⁹ vt ꝗtum album: musicū album.
Alio modo vt ly p accidens priuat per-
seitatē rei nō in se sed in cōparatione ad
aliquā causam p̄ter cui⁹ intentionē eue-
nit vt casuale vel fortuitum. ¶ Scd̄a di
stinctio sit ista: q̄ scia pōt distingui vel
s̄m vnitatē speciei specialissime vel ge-
neris intermedij ꝛ ꝓpinqui: vel etiā ge
neris remoti sicut di. tū ē ca. p̄cedenti.
¶ Tertia distinctio sit ista: q̄ aliq̄d pōt
sciri dupliciter vel absolute vel redupli
catiue. Quantū ad scd̄m sit ista p̄ma cō
clusio: de ente p accidens primo mō ac-
cipiendo nō potest esse scientia p se vna
vnitate speciei. Ista ostendit̄ sic: vnius
scibilis isto modo est p se vna causa: s; ta
le ens p accidens nō pōt esse vna per se
causa: ꝗ ꝛc. ꝓbatio minoris. q: cu; tale
ens nō sit aliquod vnū ens p se nō pote-
rit p se eē cā alicuius vni⁹ passiōis: ꝛ iō
de tali nihil demōstrat̄ nisi p alteꝝ cōce
ptū que; includit: ꝛ ideo illi cōceptui p
se inest tale demonstratū: nō aūt toti cō-
posito nisi p accidēs: ꝗ scia vna specie q̄
sc; est ꝯclusionis demōstrate nō est p se
nisi de altero ꝯceptu in tali ente cōple-
xo incluso. ¶ Scd̄a ꝯclusio sit ista: q̄ de
ente per accidēs p̄mo mō dicto pōt esse
scientia vna vnitate generis proximi vl̄
remoti. hoc ostendit̄ sic: Unius intelli-
gibilis plures passiones virtualiter con
tinentis potest esse vna scientia vnitate
generis ꝓximi vel remoti: sed ens p ac-
cidēs primo mō est hmōi: ꝗ ꝛc. ꝓbatio
minoris: q: tale ens est aliq̄ mō vnū in-
telligibile sc; vnico actu q̄ est p se ei⁹ vt
obiecti licet nō sit p se vn⁹: nō cū ita un

possibile ē hominē albū vnico actu intel
ligendi concipi sicut hominē ꝛ asinum:
nec tū ita simplici ꝛ p se vno actu conci-
piendi ꝯcipitur homo albus sicut homo
Tali ergo enti natus est correspondere
habitus ex talibus actibus generat⁹: li
cet talis habitus nō sit vn⁹ sicut ille qui
esset alteri⁹ partis tm̄. ¶ Confirmatur:
q: sciētia subalterna est de ente per acci
dens p̄mo mō vt patet tam inducendo
in ꝑspectiua: musica ꝛ astronomia: q: de
linea visuali multa ꝓbat ꝑspectiu⁹ que
p solā rationē linee nō insunt alioquin ꝑ
spectiua esset pura geometria. Silr̄ ostē
dit multa q̄ p solā rationē visualitatis nō
insunt: al's esset pura naturalis: ꝗ q̄cq̄d
est subiecti ei⁹ includit ambo: que qui-
dē nō sunt nisi vnū p accidens. Tum q:
quelibet talis sciētia subalternat̄ duab⁹
vtriusq; eīn ꝯclusiões ꝯtinent̄ in ea pro
p̄ncipijs: qd̄ nō eēt nisi ei⁹ subiectū sub-
iecta includeret ambaꝝ. ¶ Sequuntur
alie due conclusiões que sunt de ente p
accidens secūdo mō dicte. ¶ Prima est
hec: de ente p accidens scd̄o mō redupli
tiue sc; in q̄tū est ens p accidens nō pōt
esse scia. hoc pt; p Aristo. q: oē illud
de quo est scia: vel est semp vel frequen-
ter: sed ens p accidēs nō est hmōi: ꝗ ꝛc.
minor pt;: q: ens p accn̄s scd̄o mō d̄r p
accidēs per cōparationē ad aliquā cau
sa; p̄ter cui⁹ intentionē euenit q̄nq;: nō
tū semp nec frequēter. Et iō vt sic tale
ens per accidens nō est scibile. ¶ Scd̄a
ꝯclusio sit ista: De ente p accidens scd̄o
mō dicto nō reduplicatiue sed absolute
sumpto potest esse scientia: hoc ostendit̄
sic: Omne illud qd̄ habet causam deter
minatā a qua euenit semper vel frequē-
ter est scibile per illā: sed ens p accidēs
scd̄o mō nō in q̄tū ens p accidēs s; abso
lute sumptum est hmōi ergo ꝛc. proba-
tio minoris: licet enim ex comparatiōe
solis ad zodiacum nō possit sciri q̄ pluat
sub cane: q: vt sic nō habet̄ causa pluuie
tū ex cōpatiōe alteri⁹ planete ad solē vl̄
ad aliū planetā: vl̄ ad stellas fixas: vl̄ ex
cōparatione multoꝝ simul pn̄t sciri q̄ sunt

cōcurrētia ꝛ sunt causa plures vt in plu ribus:ꝛ sic generalit᷑ etiā in alijs.nullū est em̄ ens ꝑ accidēs respectu alicui⁹ qꝺ non sit ꝑ se effectus respectu alterius vł aliorum concurrentium.

Qꝺ aūt vt veruȝ ens. Dic Aristo.de ente determīat qꝺ signi ficat ꝟitatē ꝓpositionis. Circa qꝺ duo facit. primo determinat qualiter dicat᷑ hmōi ens:scꝺo mō remouet ipam a pn̄ cipali cōsideratiōe huius scīe. ¶ Quo ad pmū dicit ꝙ ens qꝺdā ē quasi veꝝ id est ꝙ nihil aliud signat nisi veritatē. Cum em̄ interrogam⁹ si hō est aīal res spōdet᷑ ꝙ ē:ꝑ qꝺ signat᷑ ꝓpositionē pre missam esse verā:ꝛ eodem mō nō ens si gnat quasi falsum.cū em̄ rn̄det᷑ nō est:si gnificat ꝙ ꝓposita oro sit falsa:hoc igit᷑ ens ꝯsistit circa cōpositionē ꝛ diuisionē siue affirmationē ꝛ negationē. Quo ad secūdū excludit hmōi ens a pncipali cō sideratiōe hui⁹ doctrine dicēs:ꝙ cōpo sitio ꝛ diuisio in quib⁹ est verū ꝛ falsum est ī mēte ꝛ nō in reb⁹:cōsistit em̄ in qua dā cōparatione duorum conceptorum si ue illa duo sint idem fm̄ rem siue diuer sa. Utitur em̄ intellectus quādoq₃ vno vt duobus cōpositionem formans: sicut cuȝ dicit᷑ homo est homo. Ex quo patet ꝙ talis cōpositio est solū in intellectu et non in rebus. Tale ergo ens cuȝ sit ens rationis excludit᷑ a ratione metaphisice que est sciētia realis. ¶ Ad cuius euidē tiam fm̄ Sco.in hoc.vj.ponā aliquas distinctiones. Secundo ostendam ali quas conclusiones. De pmo sit ista pri ma distinctio:ꝙ veritas est duplex:ꝙ q̄ dam est in rebus ꝛ quedaȝ in intellectu ¶ Scꝺa distinctio est ista: ꝙ ꝟitas ī re bus sumit᷑ dupl̄r:vno mō fm̄ se ꝛ absolu te fm̄ rē.alio mō ꝑ cōparationē ad cogno scibilitatē ꝛ intelligibilitatē. Primo su mit᷑ tripl̄r:vno mō vt dicit absolute con formitatē ꝓducti ad ꝓducēs. Alio mō determīate vt dicit ꝯformitatē ꝓducti ad ꝓducēs fm̄ imitatiōnē. Alio mō vt vltra istā imitationē addit adequationē

primus modus istoꝝ triū licet videatur esse cōis scꝺo ꝛ tertio:tn̄ si respect⁹ veri īponat᷑ ad significādū qꝺcūq₃ istoꝝ triū fm̄ ꝓpriā rōnē est equiuocū. Scꝺs aūt modus inuenit᷑ ī creatura que imitat᷑ ex emplar diuinū vel creatū a quo ꝓducit᷑ cui aliq̄ mō assimilat᷑. Terti⁹ modus in uenit᷑ in filio dei q̄ est veritas in quo est summa silitudo ad pmū ꝓducēs fm̄ Au gusti.hec em̄ est cōformitaȝ cū adequa tione. ¶ Scꝺo aūt mō pncipali vt scȝ ē veritas in rebus ꝑ cōpatiōnē ad intelle ctuȝ dicit᷑ res vera tripliciter. Uno mō qꝛ q̄tuȝ est de se est manifestatiua cuicū q₃ intellectui potēti manifestationeȝ cog noscere. Alio mō qꝛ ē assimilatiua in tellect⁹ sibi assimulabilis: puta mediāte actu vel aliq̄ specie q̄ nō ē nisi intellect⁹ creati. Alio modo qꝛ facta manifestatio ne vel assimilatione res est in intellectu sicut cognitū in cognoscēte. Et sciendū ꝙ ille scꝺs ternari⁹ distinguit᷑ a primo: qꝛ siīitudo ꝓducti ad ꝓducēte ꝛ intelle cti intelligēte ē alia ꝛ alia:lȝ idē sit qn̄q₃ ꝓducens ꝛ intelligēs. ¶ Tertia distin ctio sit ista:ꝙ veritas in intellectu ē du plex fm̄ duplicē ei⁹ opationē: fm̄ quaꝝ vtrāq₃ natus est conformari obiecto vt mēsuratū mēsure.v.huius ca.ad aliq̄d. vna ꝟitas dicit᷑ cōplexa alia incōplexa. veritas incōplexa est habitudo cōformi tatis vel similitudinis act⁹ simplicis ad obiectū simplex intelligibile: ꝟitas āt cō plexa ad obiectū cōplexuȝ.vel fm̄ alios veritas cōplexa est cōformitas inter sub iectū ꝛ pꝺicatū. Est aūt differētia int᷑ ve ritatē cōplexā ꝛ incōplexā:qꝛ ꝟitati in cōplexe nō oppōit᷑ falsitas ȝ ignorātia tm̄:ꝛ sic intelligit᷑ illud.iij.de aīa. Q intellectus circa qꝺ qꝺ est: est semp ve rus:qꝺ est intelligendū pcise circa cōce ptū simpliciter simplicē. Naȝ intellect⁹ simplex circa cōceptū nō simpliciter sim plicē:lȝ nō possit esse formalit᷑ falsus:tn̄ pōt esse virtualiter falsus appꝛhendēdo aliquid sub determinatione sibi nō cōpe tente.vnde.v.huius ca.ꝺ falso dicitur: Q est aliqua rō in se falsa ꝛ tn̄ illa ratio

in se falsa est intelligibilis in simplici ap
phensione. Scdē aūt vitati scʒ cōplexe
opponit ignorantia puatiue ꝛ falsitas con
trarie qñ scʒ vniunt i intellectu q̄ in re
nō sunt vnita. ¶ Dubiū tn̄ ē an hec veri
tas ꝛ illa sit relatio realis vel rōnis. De
veritate incōplexa videt dicendū: ꝙ cū
sit in tertio mō relatiuoꝝ ꝙ sit realis ex
pte opatiōis: qꝛ opatio depēdet ad obie
ctū vt mēsuratū ad mēsurā: sʒ est rōtiōis
ex pte obiecti. Tū qꝛ obiectū vt sic hʒ eē
distractū: qꝛ eē cognitū distrahit ab ente
Tū qꝛ ē mēsura q̄ nō depēdet essentiali
ter ab opatiōe mēsurata. ¶ De veritate
cōplexa dicēdū ē eodē mō: si illa sit ipsa
opatiōis ꝯformitas ad obiectū vt pdictū
est. Si aūt fm aliā viā sit cōformitas in-
ter pdicatū ꝛ subiectū: tūc circa vtrunqꝫ
erit relatio rōnis: qꝛ extrema vt sic sunt
entia rōnis supra q̄ fundat hmōi ꝯformi
tas. Si aūt dect vtraqꝫ opinio: rñdendū
est sic vel sic vt ptʒ ex dictis. ¶ De scdō
pncipali sit ista pma cōclusio: Veritas i
intellectu fm opationē cōplexā nō ē de
cōsideratiōe metaphisice. Ratio hui⁹ ē
qꝛ talis vitas vel ē relatio realis vel so
lū rōnis fm duas opiniones. Si ē real
ptinet ad librū de aīa vbi agit de poten
tijs ꝛ actib⁹ aīe. Ex nā eīn act⁹ intelle-
ctus cognoscit quō ē fundamentū talis
relatiōis. Si vo est relatio rōnis fm a-
liā opinionē tūc ptinet ad ꝯsiderationē
logici cui⁹ est ꝯsiderare possibile ꝛ ipos
sibile alios modos cōponentiū. Sic di-
cenduʒ de vitate incōplexa intellectus.
¶ Scda ꝯclusio sit ista: Veritas in reb⁹
pmo mō sumpta scʒ p cōparationē ad p
ducētē ptinet ad cōsiderationē metaphi
sici. hoc ostēdit sic: Illud verū reale qd
nō cōtrahit ens ad motū nec ad q̄ntū pti
net ad ꝯsiderationē metaphisici: sʒ verū
reale pmo mō dictū ē hmōi: g̃ ꝛc. pba-
tio minoris: qꝛ vt ptʒ ex pdictis: tale ve-
rū repit in diuis vbi nec ē mot⁹ nec q̄n-
titas. ¶ Tertia ꝯclusio sit ista: Verū re-
ale sumptū p cōparationē ad cognoscentē p-
mo mō istoꝝ triū ptinet ad cōsideratio-
nē metaphisici: pbatio hui⁹: qꝛ tale ve-
rū ꝯuertit cū ente: g̃ ptinet ad metaphi
sicū sicut ꝛ ens cū q̄ couertit: añs patet:
qꝛ omne ens q̄ntū est de se est manifesta-
tiuū sui cuicūqꝫ intellectui potēti cogno
scere. ¶ Quarta cōclusio sit ista: Veruʒ
reale sumptū p cōparationē ad cognoscē
tem scdō ꝛ tertio istoꝝ modoꝝ triū non
ptinet ad metaphisicū. rō de scdō mō ē:
qꝛ tale veꝝ cōtrahit ad actū determina-
tū nec couertit cū ente ptʒ: g̃ nō ptinet
ad metaphisicū qui considerat de ente:
ratio aūt p tertio mō est: qꝛ tale veruʒ ē
diminutū ꝛ ens logicū: et ideo pprie vt
sic excludit a metaphisico: ꝯuertit tn̄ cū
ente aliqualiter: qꝛ logic⁹ cōsiderat oīa
aliqualiter vt metaphisicus: sed modus
cōsiderationis est alius scilicet per quid
reale: ꝛ p intentionē secundā sicut ē cō-
uertibilitas entis simpliciter ꝛ diminuti
qꝛ neutrū alterū excedit in cōmunitate
qꝛ quicq̄d est simpliciter ens pōt eē ens
diminutū: quatenus omne ens pōt esse
cognitū vel intellectū. Si arguat cōtra
predicta ꝙ verū qd est in cōpositione et
diuisiōe nō debeat separari a considera
tione metaphisici: qꝛ a quo non excludit
ꝯsideratio cause nec effectus: sed ista ve
ritas in intellectu est effect⁹ entitati re-
alis: iuxta illud i pdicamētis. Ab eo ꝙ
res est vel nō est dicit oratio vera vl fal
sa. ¶ Respondeo: maior ē vera de causa
totali nō aūt sic est in pposito: qꝛ res nō
est causa totalis hui⁹ veritatis: sʒ requi
ritur intellectus cōponēs pdicatū cum
subiecto. ¶ Impugnat etiaʒ hic doctor
ponens veruʒ obiectum esse intellectus
qꝛ intellectus nō solū intelligit veꝝ sub
ratione veri: sed etiā bonum sub ratiōe
boni cum ponat differentiam inter illa.

Explicit liber se- xt⁹ metaphisice.

Incipit liber. VII. metaphi.



Ns di-
citur multipliciter. Postq̃ Arist. remouit a pncipali hui⁹ cõsideratione scie ens p accidẽs ꝛ ens qd̃ significat verũ: hic incipit determinare de ente p se qd̃ est extra aĩam de q̃ est pncipalis cõsideratio hui⁹ scie. Diuidit aũt ista ps ĩ duas ptes: qꝛ in pma determinat de ente inq̃tum ens. Scd̃o de pmis principijs entis in. xi. et. xij. hui⁹. Quo ad pmũ pmo determinat d̃ ente fm q̃ diuidit in. x. pdicamenta. Circa qd̃ duo facit. Primo enim ostẽdit q̃ ad determinãdũ de ente put in decẽ pdicamenta diuidit opoꝛtet determiare de sola substãtia. Scd̃o incipit determiare de substãtia ibi: Dicit aũt substãtia. Intendit aũt in pma pte talem rõnẽ ponere: Illud qd̃ est primũ inter entia quasi ens simplicit ꝛ nõ fm qd̃: sufficienter demõstrat naturam entis: ſ; substantia est hmõi: g̃ sufficit ad cognoscendã naturã entis determinare de substantia. ¶ Ad declarationẽ aũt minoꝛis duo facit: primo eñ ostẽdit q̃ substãtia sit pmũ ens. scd̃o ostẽdit quõ dicat primũ. Circa primũ vtitur tali rõne: Illud qd̃ est ppter se ꝛ simpliciter ĩ vnoq; genere est pri⁹ eo qd̃ est ppter aliud ꝛ fm qd̃: ſ; substãtia est ens simpl'r ꝛ ppter seipam: omĩa aũt genera alia a substãtia sunt entia fm quid ꝛ ppter substantiã: sunt eñ entia eo qd̃ taliter entis. i. eo q̃ hñt aliquam habitudinẽ ad substantiã. vñ nõ est possibile aliqd̃ eoꝝ separari a substantia: g̃ substãtia est pma inter oĩa entia. Deinde ostẽdit quõ est pmũ ens dicẽs: q̃ substãtia est pmũ ens fm tp̃s fm diffinitionẽ: ꝛ fm cognitionẽ. ¶ Ad euidentiã p dictoꝝ videndũ ẽ fm mentẽ Sco. hic ꝛ xij. di. q̃rtisexti. de inherẽtia accidẽt ad substantiã. Deinde de illa triplici pmitate. q̃ ad pmũ primo pmittã aliq̃s distinctiões. scd̃o ostendã aliq̃s ɔclusiões sit g̃ ista pma distinctio: cũ hoc nomẽ accidẽs sit vnũ cõcretũ: iõ põt dupliciter sumi: sicut vnũq̃dlibet concretũ. Uno mõ p p se significato nomis qd̃ est respect⁹ quẽ accidẽs naturaliter impoꝛtat p se q̃ est ipsa accidẽtalitas siue accidẽtia. Qd̃ videt esse sinonimũ cũ hoc qd̃ est inherẽtia. Alio mõ põt sumi p illo substracto qd̃ denotat hoc ɔcretũ accidẽs qd̃ est aliqd̃ ens nouẽ pdicamentoꝝ siue sit absolutũ siue respectiuũ puta q̃ntitas q̃litas ꝛc. ¶ Scd̃a distinctio sit ista: q̃ inherẽtia est duplex scʒ actualis ꝛ aptitudinal'. Inherẽtia actualis est ipa vnio accidẽt' existẽtis cũ subiecto existẽte. Inherẽtia aũt aptitudinalis est ipa dependentia siue essentialis oꝛdo accidẽtis ad subiectũ. Prima inherentia non semp inest actu. Scd̃a xo semp inest siue subiecto existẽte siue nõ existẽte. ¶ Tunc sit hec pma cõclusio de inherẽtia. Neutra inherentia est de essentia siue de ɔceptu q̃dditatiuo accidẽtis scd̃o mõ sumpti scʒ accipiendo accidẽs p eo qd̃ hoc noĩe denotat: siue sit ens absolutuʒ siue respectiuum. Hãc ostendo q̃tum ad primã partẽ specialiter sic: Nullus respect⁹ ẽ de essentia absoluti: ſ; vtraq; inherẽtia est formalit' respectus: g̃ ꝛc. maioꝛ patʒ p pħm. iiij. huius cõtra opinionẽ de veritate apparentiũ. ¶ Preterea q̃tum ad vtrãq; ptem simul pbat sic: qꝛ fundamẽtũ respectus est aliqd̃ pter respectũ qꝛ nihil fundãt seipm: Uñ fm Augustinũ. vij. d̃ trinitate. omne qd̃ relatiue d̃r est aliqd̃ preter relationẽ: g̃ inherẽtia nõ erit d̃ essentia accidentis in q̃ fundat. ¶ Scd̃a conclusio sit ista: Inherẽtia scd̃a scʒ aptitudinalis ẽ eadẽ realiter accidẽti scd̃o mõ sumpto siue sit absolutũ siue respectiuũ. pbat: qꝛ nulla aptitudo naturalis alicuius entis distiguit realiter ab illo ente: ſ; inherentia aptitudinalis est q̃dã aptitudo nãlis talis accidẽtis: g̃ ꝛc. Preterea passiões entis dicte de inferioꝛib⁹ nõ di

dicit aliud ab ente in eis: sed esse in se ens et esse inherens: sunt quedam passiones entis di- cte de inferioribus scilicet de substantia et acci- dente: ergo nec esse in se ens dicit aliud a sub- stantia: nec esse inherens dicit aliud ab ac- cidente. probatio minoris quia esse in se ens: et esse inherens pro eodem accipiendo sicut esse pri- us et posterius. Prius autem et posterius divi- dunt ens ut passiones. ¶ Tertia conclusio sit ista: Inherentia actualis non est idem reali ter accidenti secundo modo dicto quod est absolu- tum et per consequens non est de essentia eius: hoc osten dit sic: impossibile est quod idem remaneat rea liter et corrumpatur: alias sic esset et non esset: quod est oppositum primi principij. Sed manente et existente accidente absoluto: non manet in- herentia actualis: ergo etc. minor patet in sacro altaris ubi accidentia separata existunt sine inherentia actuali: alias si inherentia actua lis maneret ibi maneret etiam substantia panis quod est falsum. ¶ Sed contra istam terti- am conclusionem instatur primo auctoritate philosophi in littera dicentis: quod non est possibile aliquod accidentium separari a subiecto. Item boecius dicit quod acci dentis esse est inesse. Preterea arguitur tali ratione: Respectus accidentis ad subiectum non est minus idem accidenti quam respectus creatu re ad deum est idem creature: sed ille est idem creature realiter: cum creatura non possit esse absque hoc quod dependeat ab eo conser- vante eam in esse: ergo respectus accidentis ad subiectum qui est inherentia est idem rea- liter accidenti: maior patet: quia creatura non diffinitur per essentiam divinam additam in sua diffinitione: quia tunc nullam haberet diffini tionem in suo genere cum deus sit extra ge nus. Accidens ergo propter respectum ad sub iectum necessario diffinitur per subiectum: ut di cit in hoc. vij. igitur ille respectus acciden- tis ad subiectum non minus est idem sibi quam respectus creature ad deum. ¶ Responsio ad primum: dicendum quod philosophus diceret accidens non posse esse sine subiecto: quia ponunt ordi nem causarum simpliciter necessarium: ut di ctum est. viij. phisicorum ca. ultimo: ita quod pri ma causa non potest causare causatum cause se cunde sine causa secunda: subiectum autem habet ali- quam causalitatem respectu accidentis loquen- do de ordine naturali causarum: sic habet enim respe ctu eius ut materia in qua: quia scilicet habet sustenta- re accidens. Nos autem non ponimus huiusmodi or dinem causarum simpliciter necessarium: quia ergo devia- mus a philosophis in antecedente oportet etiam quod de- viemus in consequente. Ad boecium dicendum: quod intelligit quod accidens habet a natura sua quod in- sit aptitudinaliter non autem est necessarium actu aliter. ¶ Ad aliud nego maiorem: et cum pro batur per relationem creature ad deum dico quod non est simile: identitas enim respectus ad fun damentum non est ratio quod terminus respectus vel dependentie cadat in diffinitione fundamen- ti dependentis: quia tunc deus magis ponere tur in diffinitione cuiuscumque creati quam substan tia in diffinitione accidentis: sed causa est quia nulla forma potest habere conceptum perfectum quiddi tativum et quietativum nisi cointelligatur illud cuius est forma. Diffinitio autem exprimit con- ceptum perfectum diffiniti: et ideo quantumlibet essen tialia forme exprimantur sine eo cuius est: et quid- ditas eius indicaretur ponendo eius genus et differentiam: tamen non est conceptus perfectus quietans intellectum: et ideo nec diffinitiuus metaphisi ce loquendo: sed bene est logice: tamen enim illud quod est in se quoddam corpus subsistens si conci piatur in se intellectus quiescit ibi non requirens aliud cointelligere: et hoc quidem verum est non tantum de forma accidentali: sed etiam de substan- tiali. unde in diffinitione anime ponitur corpus: anima enim est actus corporis organici: ut habetur in lib. de anima. ¶ Quarta conclusio est ista: Inherentia actualis est eadem realiter acci- denti respectivo secundo modo sumpto. hoc osten- ditur sic: Illa relatio est realiter eadem funda mento sine quo fundamentum esse includit con tradictionem: sed inherentia accidenti respec- tivi est huiusmodi etc. probatio minoris: quia re- spectus est essentialiter habitudo inter duo ex- trema: et ideo sicut tollere terminum ad quem ipsius respectus est destruere respectum. Ita tollere illud cuius est respectus est tollere re- spectum: et destruere rationem respectus: et per con sequens contradictio est respectum non inhere- re: quia enim respectus est respectus: ideo sequitur ne- cessario esse subiectum vel fundamentum cui actualiter inhereret: hec magis diffuse tractatur in iiij. sententiarum ubi. d. 10. pro nunc leviter transeo.

¶ Quantū ad scđm ď illa triplici pmi-
tate subiecti respectu accidentis. Et pri
mo q̄ ad hoc q̄ suba đr prior tpe oīm ac-
cidēte. Dico q̄ tps nō accipit hic vt dif
finit .iij. phisicoꝝ seu ꝑ q̄cūqꝫ duratiōe
vel mēsura extrinseca successiua alia ab
essentia rei: qꝛ tūc suba posset p̄cedere il
lā cū sit sibi accidēs: ꝛ sic p̄cederet illam
tpe vel duratiōe: ꝛ tūc eēt tps añ tēp9:
et sic in infinitū. Pri9 ḡ tpe hic dicit: vt
pꝫ ex lr̄a qđ pōt separatum eē sine alio: et
aliud nō sine ipo: et isto mō oīs substā
tia est prior oī accidente vno mō: alio
mō nō. ¶ Ubi notandū q̄ esse pri9 tpe
vt dictū est posse hr̄e actualē existentiā
priorē alio sine alio q̄tuꝫ est de se: ita scꝫ
q̄ sibi nō repugnat ex eo q̄ in nullo de-
pēdet ab illo: ꝛ tale pri9 satis pōt dici p̄-
us natura. Nihil eñ est pri9 natura qđ
nō sit pri9 ꝛ tpe illo etiā mō: q̄ aūt aliqđ
possit p̄cedere aliud illo mō pōt dupli-
ter esse: vn omō qꝛ nō dependet ab illo:
alio mō qꝛ nō ē cā necessaria illi9 ¶ Ad
ꝓpositū dico: q̄ suba cōpata ad accidē-
tia sepabilia ē p̄or tpe vtroqꝫ mō: cōpa-
ta aūt ad accñs isepabile puta ad ꝓpriā
passionē ē sepabil ꝛ prior vno mō: qꝛ scꝫ
nō depēdet: ꝛ nō alio mō scꝫ inq̄tū ē cā
qꝛ hꝫ cām necessariā respectu passiōis:
nō ē sepabil illo mō scꝫ inq̄tū ē cā tal' ac
cidētꝫ. Primo igit mō ē sepabil mō p̄-
exposito: ꝛ vt sic nō repugnat sibi existe
re sine q̄cūqꝫ accñte. De scđa p̄mitate
q̄ scꝫ suba ē prior accñte diffinitiōe. Sci
endū q̄ hoc ē intelligendū qꝛ in diffini-
tione cuiuslibet accñtis necesse est poni
subam cui9 rō posita ē in p̄cedēti articu
lo. ¶ De tertia ꝟo p̄mitate q̄. s. suba est
prior oī accñte cognitiōe. Pono duas
ꝯclusiōes q̄ꝝ p̄ma ē: q̄ suba nō est p̄mū
oīm entiū cognitione p̄mitate gñis oīs:
qꝛ oīs cognitio nr̄a orit a sensu: sensibi-
lia sunt accidētia ꝛ nō suba: ḡ accñs pri9
cognoscit q̄ suba: Itē dicit .j. de aīa q̄
accñā maximā ptē ꝯferūt ad cognoscen-
dū qđ q̄d est: ḡ accñā pri9 cognoscūt q̄
substātia que habet maxime qđ q̄d ē vt
habet in hoc septimo. ¶ Secūda cōclu-
sio sit ista: primū ens oīm entiū cogniti-
one primitate ꝑfectionis est substantia:
hoc ostendit sic: qꝛ cognitio ipius quod
q̄d est: est ꝑfectissima: vt i hoc septimo.
hoc ḡ qđ habet maxime qđ q̄d est: ē ma
xime cognoscibile: sed substātia habet ꝑ
fectissimū qđ q̄d est: ergo substātia ē ꝑfe
ctissimū cognoscibile: maior pꝫ quia de
his q̄ nō habēt simpliciter qđ quid est: vt
sunt accidētia est ꝑfectissima eoꝝ cogni-
tio quādo cognoscit quid sunt eo modo
quo habent quid: hec est ratio phi i lit-
tera. ¶ Contra predicta arguit: qꝛ acci
dentia sunt priora etiam primitate ꝑfe-
ctionis: qꝛ cognoscibile id cognoscitur:
qꝛ species eius est in cognoscente: sed in
intellectu est species accidentis nō sub-
stantie: ḡ accidēs ꝑfectius cognoscitur:
maior patet de se: sed prima ps minoris
scꝫ affirmatiue ꝓbat: qꝛ intellect9 agēs
est abstractiuus eoꝝ que sunt i fantasia
et species accidentiū sunt in ꝟtute fanta
stica: ergo ꝛc̄. ꝓbatio secūde ptis mino-
ris scꝫ negatiue: qꝛ nihil est i intellectu
quin prius fuerit in sensu: si igitur spēs
substantie esset in intellectu prius fuis-
set in sensu: ꝛ sic substantia posset cogno-
sci a sensu: qđ ē manifeste falsum: qꝛ om-
nia sensibilia sunt accidētia puta quāti-
tas q̄litas ꝛc̄. Respondeo q̄ substantia
est perfectius cognoscibile simpliciter: ꝛ
tñ a nobis aliquid aliud pōt ꝑfecti9 co-
gnosci fm ꝓportionē cognoscibilitatis
sue nec ista repugnāt. Exemplū: species
alicui9 albi remissi ꝑfecti9 mihi repsen-
tat ipm album cui9 est spēs q̄ spēs solis
ipsi oculo aquile ipsum solem: et magis
video albū fm ꝓportionem visibilitatis
mee q̄ aquila solē fm ꝓportionē cogno
scibilitatis sue. Licet sol simpl'r sit perfe-
ctius visibile q̄ tale album. Ad formaꝫ
ergo cū dicit: illud ꝑfecti9 cognoscit cu
ius spēs ē in intellectu. Dico q̄ veꝝ est
fm ꝓportionē cognoscibilitatis sue ꝛ tñ
hoc nō obstāte substātia de se est ꝑfecti9
cognoscibile ꝛ i se ꝛ in nobis si possem9
ad illam ptingere in vita ista. Preposi-
tio ergo phi est intelligenda q̄ substan-

tia est primo cognoscibile primitate pfectionis simpliciter in se licet nō a nobis.

Dicit aūt substantia.
Postq̄ phs ostēdit q̄ pncipalis intētio huiꝰ scie est cōsiderare de substātia: hic incipit de ea determinare. Et pmo dicit q̄ ē determinādū d̄ pma suba: cū sit ma xime suba: vt p3 ī pdicamētis: quā q̄dē diuidit in materiā ⁊ formā ⁊ cōpositū: q̄ quidē diuisio nō est generis ī species s3 alicuius analogice pdicati qd̄ de his de quibꝰ dicit pdicat p prius ⁊ posterius: tam eñ cōpositū q̄ materia q̄ forma dicit pticularis substātia: s3 nō eodē ordine. Vñ dicit q̄ forma ē prior materia et composito ⁊ magis ens vtroq̄. Q̄ eñ forma sit prior et magis ens q̄ materia ostēdit: q2 materia est ens in potētia: forma aūt est actꝰ materie: actus aūt ē prior potētia prioritate pfectiōis: vt patet. ix. huiꝰ. Q̄ etiā forma sit prior composito: q2 ps est prior natura toto ⁊ pncipiū pncipiato: materia aūt ⁊ forma sunt partes et pncipia intrinseca cōpositi. Dicit aūt forma magis ens cōposito q̄ non sit ens pfectiꝰ: cōpositū eñ ē pfectius q̄ sit forma cū includat formā ⁊ materiā. S3 dr magis ens fm pncipalitatē et independentiā: q2 entitas principij pncipalior qd̄ est forma est independēs respectu eē pncipiati quod est compositum.

Et primo dicemus de eo quidē logice. Quia ho vt dictū ē in v. huius. Substātia vno mō dicit q̄d est. i. quidditas et essentia rei: iō inq̄rit phs de quidditatibꝰ rerum sensibiliū. primo p rationes logicas in hoc. vij. secūdo p pncipia substantiaꝝ sensibiliū in octauo. ¶ Circa primū notādū q̄ vt dictū est in. vj. huiꝰ. hec scia h3 quandam affinitatē cū logica ꝑpter vtriusq̄ cōitatem: ⁊ ideo primo phs logice determiat de quidditatibꝰ rerū inuestigādo q̄ q̄d est seu diffinitionē q̄dditatiuā ex mō pdicādi: hoc eñ ad logicā ꝑprie ptinet. Ostendit ḡ ea q̄ spectāt ad q̄dditatē rei dicēs: q̄ illa q̄ predicant de aliq̄ p accidēs nō ptinēt ad qd̄ q̄d est eius. hoc eñ intelligimus p qd̄ quid est alicuiꝰ quod cōueniēter pōt respōderi ad questionē3 factā de eo q̄d est. Cū ḡ querit q̄d est hō nō pōt ɔuenienter respōderi q̄ est albus vel niger: illa ḡ que pdicant p accidēs de aliq̄ nō spectāt ad eiꝰ diffinitionē q̄dditatiuā. Item ea q̄ dicunt p se scḋo mō d̄ aliq̄ subiecto nō ptinēt ad qd̄ q̄d ē eiꝰ: vt color ad qd̄ q̄d ē superficiei: qd̄ ꝓbat: q2 aliud ē qd̄ q̄d ē subiecti ⁊ passiōis. Si eñ subiectū ⁊ passio essent quidditatiue idem ⁊ formaliter cū idē subiectū habeat plures passiones eadē3 esset q̄dditas oīm passionū inter se: q2 q̄ vni ⁊ eidē sūt eadē: inter se sunt eadē: ⁊ sic erit eadem q̄dditas coloris asperitatis ⁊ lenitatis q̄ sunt passiōes superficiei. Illa ḡ ptinent ad qd̄ q̄d est alicuiꝰ q̄ pdicant de eo in primo mō dicēdi p se: vt genꝰ ⁊ differētia. Deinde ostēdit q̄ est q̄ q̄d ē dicēs: q̄ sola spēs habet q̄ q̄d est icu diffinitionē q̄dditatiuā cū sola spēs habeat genus et differētias. Alia aūt pñt hr̄e diffinitionē q̄d nōis siue rationē3 declarantē q̄d p nomē importat: vt si hoc nomen phia notificet p hoc nomē sapiētia: vel ad exponendū hoc nomen phus accipiat hec oratio amator sapiētie: ⁊ sic pñt notificari entia p accidēs: vt hō albus: vl' albū: vt dicēdo q̄ albū est res hñs albedinē. Talia eñ p se nō habēt diffinitionē q̄dditatiuā cū nō sint in genere s3 significāt res diuersoꝝ generū. Inest aūt q̄ quid est per priꝰ substātie q̄ accñtibus sicut ens p priꝰ dicit de substātia q̄ d̄ accidēte. vñ substātia h3 q̄d simplr: accidēs autē nō nisi fm q̄d: sicut aliq̄ dicunt logice de nō ente loquētes: Nō ens est ens: nō q̄ nō ens sit simplr: s3 q2 est nō ens: ⁊ sic dicimꝰ q̄ nō scibile ē scibile fm q̄d: q2 d̄ nō scibili hoc scire possumꝰ q̄ nō scitur: sic accñs nō h3 q̄d simpliciter s3 fm q̄d. ¶ Deinde ponit Aristo. quandā distinctionē accidētiū dicēs: q̄ q̄dā sunt simplicia ⁊ q̄dā copulata. Simplicia sunt illa q̄ nō hñt subiectū determinatū vt cō

cauitas q̄ nō tm̄ reperit̄ i naso ſ3 etiā alibi. Copulata vō dicūt̄ q̄ habēt ſubiectū determinatū: vt ſimitas q̄ ē naſi curuitas. Alteri⁹ oñdit ari. quō ſe hēat qd̄ qd̄ eſt ad id cui⁹ eſt di. ꝙ i dict; ſm ſe ide3 ē ꝙ q̇d ē cū eo cui⁹ ē: nō aūt i dictis ꝑ accñs. Ad cui⁹ euidētiā p̄mo ponā ſm mente3 Sco. ali ꝗs diſtinctōes: ſcd̄o aliq̄s ꝯcluſiōes. ¶ Quātū ad primū ſit hec prima diſtinctio: ꝙ ſicut forma p̄t ſumi dupl'r: ſic ⁊ mā: vt dictū ē l. v. hui⁹. c. iij. ſ. forma ꝑtis ⁊ forma toti⁹: ⁊ ſil'r mā ꝑtis et mā toti⁹. Scd̄a diſtinctio ē ꝙ q̄dā ſunt entia ꝑ ſe ⁊ q̄dā ꝑ accñs: vt dictū ē i eodē. v. c. viij. Tercia diſtinctio ē ꝙ q̄dā hñt ꝙ q̇d ē primo ⁊ per ſe: vt hō ⁊ q̄lib3 ſpēs. Nā ſpecies dicunt̄ hr̄e ꝙ q̇d ē primo ⁊ per ſe: ex hoc ꝙ q̇dditas per nihil aliud cōpetit eis: ſed alijs. ſ. indiuiduis ꝯuenit ꝑ ip̄as. Quedā em̄ hñt q̇dditatē ꝑ ſe ſ3 nō primo: vt hic hō ſingularis abſtrahēs ab exñtia ⁊ tp̄e: ⁊ tale indiuiduū ꝑ ſe eſt i genere: q2 nō includit res diuerſoꝝ generꝝ: tñ q2 h3 q̇dditate3 per aliud. ſ. per ſpē3 quā ꝑticipat: iō nō h3 primo per ſe ꝙ q̇d ē. Quedā aūt hñt ꝙ q̇d eſt nō per ſe nec primo ſ3 ꝑ accñs: vt hic hō exñs ⁊ ens in tp̄e: q2 tale īdiuiduū includit aliqd̄ ne: ñs ⁊ extra rōe3 q̇dditatis. ſ. exñtiā ⁊ eſſe i tp̄e: ⁊ alias ꝯditōes mālcs q̄ tollūt vnitatē ꝑ ſe enti;. ¶ Alteri⁹ ſi hō albus h3 ali q̄lit̄ ꝙ q̇d eſt: h3 ip̄m magi; per accñs q̄ hic hō exñs: q2 hō alb⁹ eſt magi; ens ꝑ accñs q̄ hic hō q̄ includit exñtiā3: q2 albedo eſt vē ⁊ ꝓp̄e accñs: exñtia aūt nō eſt ꝓprie accñs eēntie niſi ꝓut accñs alicubi large dr̄ q̄cq̇d ſc3 nō eſt formalit̄ idē illi. ¶ De ſecūdo ſit iſta prima ꝯcluſio: In dict; ſm ſe idē ē ꝙ q̇d eſt cū eo cui⁹ eſt. Hoc p3 ꝑ. p. in lr̄a: q2 ſingulū nō videt̄ aliud a ſui ſubā ſ3 ꝙ q̇d eſt: eſt ſuba cuiuſlibet extēdēdo ſubam ad om̄e genus entiū: vt ſumit̄ ꝓ eſſentia cuiuſlibet rei. ¶ Secūda ꝯcluſio ſit iſta: In dictis per accñs nō eſt idē ꝙ q̇d cu3 eo cui⁹ eſt. hoc oñdit̄ ſic: Qd̄ nō h3 ꝙ q̇d eſt nō h3 ꝙ quid eſt idē ſibi ſ3 ens per accñs nō h3 ꝙ q̇d ē cū ſignificet res diuerſoꝝ generꝝ: ḡ ⁊c. Sj ꝯ arguit̄: q2. iij. de aīa dr̄ ꝙ nō eſt idē magnitudo ⁊ magnitudinis eē: et aliud eſt caro ⁊ carnis eſſe: ſ3 per magnitudinis eſſe intelligit̄ ꝙ q̇d eſt magnitudis: ſil'r ⁊ de carne: ḡ in dictis etiā ſm ſe nō eſt idē ꝙ q̇d ē cū eo cui⁹ eſt. Itē in hoc. vij dr̄: ꝙ in ꝯceptis cū mā nō eſt ide3 ꝙ q̇d eſt cū eo cui⁹ eſt: ſed oīa nālia ꝯcipiūtur cū mā: ḡ ⁊c. Itē ſi ſic: ḡ ꝙ q̇d eſt: ē gnābile ⁊ corruptibile ſicut illud cuius eſt: ꝯñs ē falſū: ḡ ⁊ añs. Cōſeq̄ntia p3: q2 ſi ſunt idē: ſequit̄ ꝙ ſimul generant̄ ⁊ corrūpunt̄. Falſitas ꝯñtis p3 ex ca. ſeq̄nti vbi dr̄ ꝙ nec ꝙ q̇d ē generat̄ nec ſpēs. ¶ Ad p̄mū dicēdū ꝙ carnis eē accipit̄ ꝓ q̇dditate: ⁊ caro ꝓ carne hñte mā3 indiuidualē quod ē ꝑticulare. Vult ḡ. p. ꝙ ip̄m ꝙ q̇d ē carnis in ſpē nō eſt idem ipi indiuiduo ꝑ ſe ⁊ primo: ſicut nec ip̄3 indiuiduū h3 per ſe primo ꝙ q̇d eſt: ē tñ idē ſibi per ſe nō primo. Ad ſcd̄m dr̄ ꝙ p. accipit mā3 ꝓ dr̄ña indiuiduali cū dicit ꝙ in ꝯceptis cū mā ⁊c. ⁊ ſic ꝯcedo ꝙ in talibus nō ſūt idē ꝑ ſe primo mō ꝑ ſe poſito: ⁊ tūc minor ratōis nō ſumit̄ ſub maiori: ſ3 eq̄uocat̄ de mā vt p3. Ad. iij. ꝯcedo ꝯñtiā: ſi id cui⁹ ē ſit gnābile ⁊ corruptibile: qñ em̄3 forma generat̄: gnāt̄ ꝙ q̇d eſt eius ꝑ ſe: tñ q̇d ē hoīs vt hō eſt ſpēs nō generat̄ ꝑ ſe ſicut nec ip̄a ſpēs: ⁊ hec ē intētio ph̄i. vñ ſeq̄nti ca. dicit ꝯ Platonē: ꝙ nō generat̄ domui eē vl' domus eſſe: ſed huius q2 particularis.

Eoꝝ autē q̄ fiūt hec⁊

Poſtq̄. p. oñdit ꝙ q̇d ē nō eſt aliud ab eodē cui⁹ ē: h intēdit oñdere ꝙ q̇dditates ⁊ forme exñtes in iſtis ſenſib⁹ nō generant̄ ab aliq̄b⁹ formis extra mā3 exñ ſecā: ſ3 a formis q̄ ſunt in mā. Ad cuius euidētiā notādū ꝙ Plato ſicut ei imponit Ariſ. poſuit reſpectu cuiuſlibet ſpēi eſſe quādā ideā vel ſubam ſeꝑatā a motu ⁊ ab accñtib⁹ ꝑ accñs nihil habētē in ſe niſi naturā ſeꝑatā; ſpecificā perfecta3 q̄tū poſſet eē ꝑfecta ⁊ forte hñtē paſſiones ſpēi: alioq̄n de ip̄a nihil ſciret̄: qua3

quidē posuit esse singularē ꝛ incorruptibilē ꝛ eiusdē generis cū corruptibilib⁹ esseq; formaliter vl'e: ita ꝙ per idētitatē ꝑdicet̄ de corruptibilib⁹ ꝑdicatiōe dicēte: hoc est hoc. Fuit aūt motus ad ponendū hm̄oi ideas triplici ratiōe. Tū ꝑpter formalē entitatē rer̄: q: oēe qd̓ est tale ꝑ participationē reducit̄ ad aliqd̓ tale ꝑ essentiā: alioq̄n tale ꝑ ꝑticipationē eēt ꝑmū tale. Sʒ singulare est tale ꝑ ꝑticipationē: vt h' hō ꝑ participationē homis: alioq̄n hō nō plurificaret̄ ī istis īferiorib⁹: ꝙ hō vl'is ē hō ꝑ eēntiā: et ꝑ ꝯñs ē ī reb⁹. Tū scd̓o ꝑpter sciam que est tm̄ de necessarijs: singularia autē sunt corruptibilia. Tū ꝑpter generationē: q: ſm Platonē generās ꝑticulare nō sufficit. ¶ Si sic posuerit plato rerū q̄dditates ꝑ se existētes vt ei īponit̄ male ponit. Tū q: corruptibile ꝛ īcorruptibile nō sunt eiusdē generis seu nature: vt oñdit phs̄. x. hui⁹. Tū q: illud qd̓ dicit ꝙ tal' idea ꝑdicet̄ de hoc corruptibili ꝑdicat iōe dicēte hoc ē hoc: statī videt̄ includere ꝯdictionē. s. ꝙ idē nūero sit q̄dditas multor̄ diuersor̄: ꝛ sit extra ipa: q: alit̄ nō esset incorruptibilis. Tū q: nō est ponēda pluralitas sine necessitate. j. phisi. Nō apparet ꝙ aliqua necessitas ponēdi hm̄oi ideas: pmo ꝑpter rer̄ entitatē: vt videbat̄ ꝑbare ꝑma et⁹ rō: hic eñ hō ē hō ꝑ ꝑticipatōēʒ homis: nō quideʒ hoīs sepati seu hm̄oi idee: sʒ ꝑ ꝑticipationē nature humane: que est vna vnitate sibi ꝑpria in singularibus: vt videbit̄. v. ca. huius septimi. Nec secūdo apparet necessitas ꝑpt̄ rerū scientiā: quia de rebus corruptibilibus possumus habere scientiā cognoscēdo earū quidditates abstractas per intellectū: de quibus potest ꝑbari necesse ꝯclusiones. Nec tercio apparet necessitas ꝑpter rer̄ generationeʒ: quia generatio vniuoca potest saluari sine talibus ideis. Compositū eñ particulare generat vniuoce: et magis est illa generatio vniuoca ꝙ esset compositi gn̄ati ex idea Si autē Plato posuit quidditates rerū seu ideas nō per se exñtes: sʒ ī mēte diuina vt ponit Aug. tūc bñ posuit: essentia eñ diuina ē exemplar repñtatiuū oīm. Q' aūt sic posuerit plato ꝑt ꝑsuaderi ex vbis Aug. vij. ꝯfessionū dicentis se reperisse in q̄busdā libris platonicꝭ quasi oīa q̄ habēt̄ in illo euāgelio Joh. In ꝑncipio e. v. demptis hꝭ q̄ spectāt ad tēporalē vbi diuini generationē: ꝛ inī cetera recitat se ibidē repisse illā anctē Joh. qd̓ factū est in ipo vita erat. que sic exponit̄ a mgr̄o Nicolao de lyra: Qd̓ factū est in re extra: pri⁹ erat in vbo per ideā: que est idē ꝙ essentia diuina ꝛ vita intellectualis. Ex quo luculenter apparet Platonē posuisse ideas in mente diuina. Quia vo. p. in hoc ca. ponit q̄tuor ꝑpositiōes satis vtiles: iō circa earū explanationeʒ ē aliqualit̄ imorandū. Prima est ꝙ eadē fiunt cū spermate ꝛ sine spermate. Ad cuius euidentiā dicit Sco. ij. di. primi sen. vbi diffusius tractat hanc materiā. Est vna opinio Auicēne: vt ei imponit Cōmētator. iiij. phisicorū: ꝙ oīa aīalia generabilia per ꝑpagationē ex semine eadeʒ specie: pñt per putrefactionē sine semine generari q̄ opinio cōmuniter nō tenet̄: quia tunc animalia perfecta vt homo: equus ꝛc. possent ex putrefactiōe sine spermate generari: quod videt̄ absurdū de homine ꝛ ꝯtra fidē. Alia est opinio ī extremo q̄ ē cōmētatoris: ꝙ. s. eadē specie nō generant̄ ex spermate ꝛ sine spmate. ¶ Sed ꝯtra hanc opinionē arguitur per Augustinū dicentē oppositū. iij. de trinitate. Cuius ratio ibidē est: quia generatum per putrefactionē ꝑpagat alia iterum ꝑpagātia: ꝛ tūc sunt vniuoca generata a se: ergo ꝑpagata ꝛ generata per putrefactionē sunt vniuoca ꝛ eiusdē speciei. Añcedēs patet in apibus ꝛ muribus ꝛ plātis. ¶ Est ergo tercia opinio ipius doc. quā teneo. s. ꝙ ꝑpagata ꝛ generata per putrefactionē sūt eiusdē speciei. Uñ nō teneo vniuersaliter cū Auicēna: ꝙ oīa animalia pñt vtroq; mō generari. Nihil eñ generabile vniuo-

te põt generari equioce: nisi sit ita impfe ctũ ꝙ cã equioca siue vniuoca sufficiat ad eiꝰ generationẽ: et iõ impfecta entia vt sũt plãte ⁊ q̃dã aĩalia pñt generari vtro ꝙ mõ. s. vniuoce et equiuoce: perfecta aũt nõ. ¶ Scđa ppositio quã ponit hic Arist. ẽ: ꝙ compositũ ex materia ⁊ forma tm̃ generaꝭ per se: forma ꝟo nõ generaꝭ per se sed per accidẽs. s. ad generationẽ totius cuiꝰ est ps. Pro cuiꝰ declaratiõe hic pono p̄mo aliquas distinctiones: secũdo ponã aliquas ꝯclusiões Quantũ ad primũ sit ista prima distinctio: ꝙ generatio potest cõpari ad duo scꝫ ad subiectũ in quo est: ⁊ ad qđ transmutaꝭ: ⁊ ad terminũ ad quẽ ⁊ qui pducitꝭ. ¶ Secũda distictio sit ista: ꝙ terminare aliq̃d põt esse dupliciter: sicut agere. s. vel in rõne quo vel in rõne quod. Exemplũ de agere: homo intelligit vt quod: sed intellectus hoĩs vt q̃. Sic in pposito cõpositũ terminat vt quod ẽ forma terminat vt quo: qꝛ. s. est illud q̃ compositũ est formaliter siue substãtaliter siue accidẽtaliter: ⁊ ideo est terminus formalis q̃. ¶ Tercia distinctio ẽ ista: ꝙ sicut. vij. phisicoꝝ dictũ ẽ. j. ca. Primo sumitur dupliciter a pħo. Uno mõ vt distinguitur contra partẽ: ⁊ sic p̄mo inest aliquid alicui quod ĩest ei ꝟm totũ. Sicut eñ homo primo sanaꝭ: sic quelibet eius pars sanatur. Alio mõ accipitur primo vt dicit causalitatẽ precisam: vt homo est risibilis: primo qꝛ habet in se causam precisam ⁊ adequatam talis passionis. s. suã formã seu dr̃ĩam specificaꝫ: prima primitas sit a: secunda ꝟo b. ¶ Quantũ ad scđm articulũ prima ꝯclusio sit ista: Materia generaꝭ et corrumpiꝭ subiectiue. pbaꝭ: qꝛ pħs. v. phicoꝝ pbãs ꝙ generatio nõ ẽ motꝰ: sic arguit: Qđ generaꝭ nõ ẽ: qđ moueꝭ ẽ: ergo generatio non est motus: quero p quo accipitur in maiori ly quod generatur: nõ p termino: quia tũc minor esset falsa: qꝛ sicut terminꝰ generatiõis nõ ẽ sic nec terminꝰ ẽ motꝰ: g̃ accipiꝭ p subiecto: sꝫ subiectũ generatiõis ẽ materia: g̃ materia generaꝭ. Scđa ꝯclusio: Materia nec generaꝭ nec corrũpiꝭ terminatiue. qđ pbo sic: Om̃e qđ naturaliꝭ generaꝭ vel corrũpiꝭ terminatiue hꝫ materiã ptẽ sui: sꝫ mã nõ p̄t hr̃e mãꝫ partem sui: g̃ ⁊c̃. Maior ptꝫ hic in lr̃a ⁊. j. phisi. qꝛ mã ẽ ex q̃ fit res cũ isit. Cõfirmaꝭ: qꝛ illud qđ supponiꝭ in om̃i actiõe naturali: ⁊ ad quod stat resolutio omnis generatiõis ⁊ corruptiõis ĩpossibile ẽ generari ⁊ corrũpi: sed materia est hmõi: qꝛ ip̃a supponiꝭ in om̃i actione naturali j. phisicoꝝ: ⁊ ad ip̃am stat resolutio oĩm generabiliũ ⁊ corruptibiliũ. j. de generatione: g̃ impossibile est ip̃am generari ⁊ corrumpi: sic intelligiꝭ dictũ Aristo. j. phisicoꝝ: vbi dicit ꝙ mã est ingenerabilis ⁊ ĩcorruptibilis: ex hoc tamẽ nõ sequiꝭ q̃n hm̃ sit creabilis ⁊ adnihilabilis virtute diuina. Tercia ꝯclusio: Forma nullo mõ est terminus generationis per se p̄mo. hoc ostẽdiꝭ sic: qꝛ om̃e illud qđ generaꝭ p se vt terminꝰ generatur ex materia q̃ ẽ pars sui: vt dictũ ẽ p̄ius: sed forma nõ habet materiã ptẽ sui: g̃ forma nõ ẽ terminꝰ generatiõis p se p̄mo: hec est ratio pħi in lr̃a. Quarta ꝯclusio sit ista: Forma est terminus formalis generationis quo. Probatio huius: Illud quo formaliter ẽ ⁊ existit terminus generationis p se primo ẽ terminus formalis quo generatiõis: sꝫ forma ẽ hmõi: ptꝫ: g̃ ⁊c̃. Quinta ꝯclusio: Cõpositũ ex materia ⁊ forma nõ generaꝭ p se primo primitate a: hoc ostẽdiꝭ sic: Illud nõ inest alicui tali primitate qđ sibi inest tm̃ ꝟm partẽ: vt patet ex p̄mo articulo: sꝫ generatio inest composito rõne forme: nihil eñ cõpositi realiter hꝫ esse post nõ esse nisi forma sola: g̃ compositũ nõ generaꝭ per se primo a. Sexta conclusio sit ista: Compositũ ex materia et forma generaꝭ per se primo p̄mitate b. hoc ostẽdiꝭ sic: Illud inest alicui per se primo b: quod inest sibi p cãm p̄cisaꝫ q̃ ẽ aliq̃d eius. qđ patet ex p̄mo articulo: sed generari ĩest cõposito hoc mõ: g̃ ⁊c̃. Minor patet: qꝛ gnãri inest composito

bilioꝛi subiecto. s. de ipso deo: tū qꝛ z ip/
sa moralis scientia ordinaꝛ in theologiā
Vñ fm sco. di. 36. tertij sniarū virtutes
morales disponunt ad charitatē z felici
tas naturalis ad sup naturalē que est fi/
nis theologie facultatē nature humane
excedēs. Est igiꝛ multo pfectioꝛ scia mo
rali cui⁹ finis ē felicitas naturaꝛ. ¶ Et
notandū q̄ hunc finē naturaliter attin/
gibilē aliter intendit ethica: aliꝛ yconoꝛ
mica: aliꝛ politica: qꝛ ethica intendit ip/
sum p considerationē vlem vt est bonuꝫ
humanū vni⁹ psone vl' societatis dome/
stice vel cōitatis ciuil'. yconomica ꝟo vt
est bonū societatis domestice. Politi/
ca aūt vt est bonū toti⁹ gentis vl' ciuita
tis. Itē q̄ duplex est opatio scie mora/
lis qdā em̄ est opatio q̄ elicit: que est con
sideratio actualis moraliū habens nan/
q̄ habitū scie moralis faciliter z prom/
pte pōt cōsiderare moralia. Alia autēꝫ
opatio q̄ dirigit q̄ est opatio ꝟtutꝫ. Nā
scientia moralis dirigit in opatiōes vir/
tutū: hec aūt opatio est spēalis finis sci/
entie moralis q̄ vlteri⁹ ordinaꝛ ad felici
tatē naturalē seu includiꝛ in ipsa. patet
itaq̄ qs sit hui⁹ scientie finis z fructus.
¶ Consequenter ostendit ari. qs sit ei⁹
pcedendi modus: z dicit q̄ debet esse fi/
guralis seu verisil'is aut exēplarꝫ z gros
sus: qd̄ pbaꝛ qꝛ in qualibet scia sufficit
veritatē ostendere: fm modū cōuenien/
tē materie. Videm⁹ em̄ q̄ subtili⁹ opus
pōt fieri de ferro vl' ere q̄ de ligno vl' la
pide. Sꝫ materie hui⁹ scientie cōuenit
mod⁹ tradendi figuraꝛ z grossus: ḡ suf
ficit grosse z figuraliꝛ hanc noticiā ostē/
dere. minoꝛ pꝫ qꝛ illa circa que est hec
scia sunt variabilia: sicut sunt act⁹ hūa
ni quoꝝ quidā ab aliquib⁹ reputanꝛ iu/
stiꝛ z decentes: qdam ꝟo ipis cōsil'es repu
tanꝛ indecentes: fm drñam locoꝝ tem/
poꝝ z patriarū. Sic qdā ppter corpo/
ris fortitudines z diuitias pfecerūt: alij
ꝟo de sua fortitudine z diuitijs cōfiden
tes defecerunt. Circa aūt variabilia nō
est ita possibile p demōstratōes oīno cer
tas pcedere sic̄ circa inuariabilia ¶ Est
ḡ tradēda hec scia grosse z figuraliꝛ hoc
pꝫ: qꝛ bona z iusta de q̄bus tractat hec
scia tantū hñt in se errorē vt ea que sunt
bona aliqñ videanꝛ mala: vt dictū ē de
fortitudine z diuitijs. Illa etiā que sūt
de se iusta videnꝛ multis lege sola p̄cipi/
ente z phibente esse iusta. ¶ Ubi notan
dū q̄ aliqua sunt de natura sua iusta vl'
iniusta: vt diligere deū de se est iustū: lȝ
sup hoc nullū fuisset datū p̄ceptū: ipsuꝫ
aūt odire de se ē iniustū. Aliqua ꝟo nō
sunt iniusta vel mala nisi qꝛ phibita vt
bis comedere in die qd̄ phibeꝛ tpe ieiu/
nioꝝ. Dicit itaq̄ arist. q̄ illa q̄ de natu/
ra sua sunt iusta videnꝛ lege sola esse iu/
sta. Exemplū hui⁹ posset poni de forni/
catione simplici q̄ est soluti: cū soluta: q̄
videꝛ tñ multꝫ esse mala qꝛ phibita qd̄
tñ est falsum: vt em̄ dicit sco. 26. dist. 4.
sniarū s. indissolubilitas copule matri/
monialis est euidenter cōsona legi natu
re vagaq̄ cōiunctio maris cū femina est
ꝯtra rectā rōnē: tū qꝛ est cōtra bonū pro
lis: tū qꝛ est ꝯtra bonū ciuitatis. Primū
pbaꝛ: qꝛ tūc ples nō religiose educarenꝛ
tū ex pte parētū: qꝛ nō haberēt determi/
natā noticiā sue plis saltē pater z ita nō
est sollicit⁹ sue pli debitā impendere di/
sciplinā: nec econuerso ples patri debitā
reuerētiā z timorem filia'ē: ppter qd̄ fi
lius magis obedit patri z ab eo facilius
est disciplinabilis q̄ ab alio. Scdm̄ vi/
delꝫ q̄ talis cōiunctio sit cōtra bonū ci/
uitatis pꝫ: qꝛ amicicia est vt plurimuꝫ
ex determinata ppinq̄tate in gradu cer
to: sed tunc nulla esset ppinq̄tas certa q̄
esset causa amicicie. ¶ Sufficit igitur vt
pꝫ ex p̄missis hanc sciam grosse z figu/
raliter ostendere nec auditoꝛ hui⁹ scien/
tie debet certas z euidentes demonstra

tiones expetere: sed psuasioib⁹ ds cōtētari cū nō debeat discipul⁹ a magistro ī q̄cunq̧ scia maiorē rōnē inqrere q̄ natura illi⁹ pmittit: hoc em esset q̄rere impossibile. Peccatū nāq̧ videt par esse si discipul⁹ mathematic⁹ magistrū psuadentē acceptet sola psuasione cōtentus: z discipul⁹ rethoricue a magistro demōstrationes requirat nō cōtent⁹ psuasiōe ¶ In hac igit scia pcedit arist. grosse z figuralit ppositū suū aliqñ ex sēsib⁹ ostendendo: aliqñ etiā hoim cōia dicta adducendo: ac etiā ex noim significatione intentū suū declarando: vt pz in quarto hui⁹ vbi agit de magnificentia z in alijs varijs locis. ¶ Ulteri⁹ declarat arist. q̄s sit hui⁹ scie auditor ydone⁹: z dicit pmo q vnusquisq̧ bene iudicat de his q̄ nouit: nemo ẏo pōt recte iudicare de his q̄ nō nouit. Ex quo infert q iuuenis non est ppri⁹ auditor ethice cum nō habeat noticiā experimētalē actuū humanorū de quibus hec scia tractat: z sic de ipsis bñ iudicare nō poterit: oportet aūt auditorē alicui⁹ sciētie sic se habere q possit iudicare de his que audit vt bene dicta recipiat z male dicta abijciat. ¶ Dicit etiam q secutor passionū est hui⁹ scie inutilis auditor: qz passiōes sequendo nō pōt finē eius attingere: cū ei⁹ finis nō sit scire sed bene opari. ¶ Circa qd notandū q lz hec scia nō sit vtilis illis q̄ suas passiones sequūt: qz hmōi passiōib⁹ inherendo hui⁹ scie finē nō pñt assequi: posset tñ finaliter ipsis esse vtilis: si ex ei⁹ auditu puocarent ad bonū psequendū z moderādum hmōi passiōes: hoc etiā mō pōt esse vtilis iuuenib⁹: nihil etiā phibet si aliqs esset iuuenis etate z senex moribꝫ senex sic fuerunt aliqui sancti deo a pueritia dedicati quin esset ydoneus huius scientie auditor: sicut z senex etate z iuuenis moribus nō pōt sic viuendo hui⁹ scientie finem assequi. ¶ Unde dicit arist. pñr q hec scientia est multū vtilis sm rectā rōnem viuentib⁹ z opationes suas regulātib⁹: qz tñ sūt pauci tales iuuenes q̄ sint assuefacti in opatōib⁹ ẏtuosis: iō arist. loqns de his que vt in pluribus accidunt dicit q iuuenis non est proprius huius scientie auditor.

Incipit tractat⁹ secūd⁹

Capitulū. III.

Dicam⁹ autem.

¶ Posito prohemio subdit arist. tractatū q̄ diuidit in decē libros: qz autē vt dictum est in hoc libro agit de hoīe quo ad aīam q̄ nata ē pfici p virtutes: ideo pmo agit de fine virtutis in generali in pmo libro. finis em in moralib⁹ hꝫ cōem rōem pncipij: vt infra dicet. In scdo de ei⁹ generatiōe z multiplici dispositiōe. In tertio de causis et principijs virtutū. In quarto de varijs spēb⁹ virtutū. In quinto de iusticia In sexto de virtutib⁹ intellectualib⁹. In septimo de virtutū gradib⁹. In octauo d̄ amicicia quantū ad ei⁹ species: In nono de ipsa quantū ad ei⁹ pprietates. In decimo agit de fine ẏtutum in speciali. ¶ Quantū ad primū psupponit arist. ex phemio q omis cognitio z electio bonū aliqd desiderat: z q cognitio ciuilis intendit ad summū bonū humanū qd ē finis oim opatoꝝ ab hoīe. Uocat āt. p. vt dictū est pri⁹: scientiā moralē ciuilem denominando totū a pte p sinodochen. ¶ His psuppositis inquirit de hui⁹ fine: scꝫ de felicitate pmittendo opinionē antiquoꝝ: z dicit q in hoc plurimi z excellētes pueniūt q felicitas dz summū bonū z q cōsistit in bñ viuere z bene operari: Cōueniūt g̃ in qd noīe felicitat⁹ seu in fine virtutis in vlī apphenso: sz in apphensiōe felicitatis in pticulari est drñtia seu discordia: sapientes em q̄ spūalibus cōtemplandis sunt dediti dicunt illd sumū bonū psistere in quodā p se bono qd est causa alijs essendi bona. ¶ Quia autē populares sola sensibilia attendūt id credūt illud summū bonū seu vitā bonā esse in reb⁹ p sensum apphensis. Popu

lariũ ꝙ inter se est dr̃ia qꝛ quidã dicũt esse felicitatẽ in diuitijs vt auari: quidã in voluptatib⁹ corporalib⁹ vt intemperati. Et quidã in honorib⁹ vt ambitiosi Eiusdẽ etiã ad scipm in diuersis statib⁹ positũ est drĩa. Egrotans eñ felicitatẽ putat eẽ sanitatẽ qꝺ nõ putauerat sanus existens. Mendicans aũt diuitias: qꝺ nõ putauerat diues existens. Sic et multi reputant felicitatẽ in eo quo egẽt seu qꝺ maxime desiderant. ¶ Pro ipso/rũ ratione bariũ opinionũ: dicit arist. ꝙ nõ videt vtile oĩs istas opiniones discutere: sꝫ illã solã que hꝫ aliquã pbabilitatẽ Procedendũ qꝫ est a notiorib⁹ nobis: cũ g opationes sint notiores habitib⁹ oportet auditorẽ hui⁹ scientie excitari in bonis opationib⁹. ¶ Et qꝛ inquirit de felicitate naturali que consistit in bonis h⁹ vite: dicit triplicẽ esse vitã excellentẽ scꝫ voluptuosam: ciuilẽ ꝛ cõtemplatiuã. voluptuosa est subiecta passionib⁹: ciuilis moderat passiones. cõtemplatiua est sine passionib⁹. Finis voluptuose est voluptas corporis. finis ciuilis est exercitiũ virtuose opatiõis. cõtemplatiue specula/tio veritatis. Est aũt voluptuosa vituperabil ꝛ obprobriosa. vñ dicit arist. ꝙ voluptatib⁹ dediti videnť esse bestiales pecudũ vitam eligendo. Inuoluptatibus igit nõ est felicitas naturalis hominis: cũ voluptates sint hoĩb⁹ ꝛ brutis cões. ¶ Q᷑ aũt felicitas nõ sit in huius mundi honorib⁹ declarat arist. Pro ꝗ pmittit ꝙ excellentes viri ꝛ magnarũ rerũ operarij honorẽ putãt esse felicitatẽ ꝗrũ motiuũ fuit qꝛ fere finis ciuilis vite est honor. Et notanť dicit fere: qꝛ ſm rei veritatẽ honor nõ est finis vite ciuilis: sed ſm aliquorũ iudiciũ ꝛ apparentiã: fere nanqꝫ est additio diminuens. ¶ Hãc ꝗ opinionẽ sic̄ improbat qꝛ bonũ illꝺ qꝺ dr felicitas est ppriũ felici ꝛ de difficili amissibile: sed honor nõ est hmõi: qꝛ nõ est in ipso honorato: sꝫ magis in honorantib⁹: ex quorũ voluntate dependet. ꝗ honor nõ est felicitas. ¶ Circa qꝺ notãdũ ꝙ felicitas est duplex: quedã extrinseca ipsi felici scꝫ obiectũ qꝺ p operationem attingit: ꝛ talis nõ est in felici formaliter. Alia est intrinseca que est operatio p quã obiectum beatificũ attingitur sicut deus attingit a beatis p actum intellectus ꝛ voluntatis: ꝛ talis est propria beato ꝛ est formaliter in ipso: et de hac intelligit ratio phi. ¶ Scđo pbat ꝙ felicitas nõ sit in honorib⁹: qꝛ aliquid est melius honore: ꝗ in honore nõ est felicitas: pña est nota qꝛ felicitas est summa pfectio: vt ptꝫ ex pcedentib⁹: antecedens pbat: qꝛ virtus est melior honore: cum honor desidereť pꝑ virtutis apparentiã: multi nanqꝫ honorẽ appetunt vt bonos ꝭ ipsos credant ꝛ ceteris boni appareant: vñ a prudentib⁹ maliciose ꝗrunt honorari: vt honor p tales exhibitus certi⁹ perhibeat testimoniũ eorũ virtuti. Scđm eñ tuliũ honor ẽ exhibitio reuerentie in testimoniũ virtutis. virtus igit melior est honore: ꝛ sic honor nõ est finis ciuilis vite. Sequit aũt ex hoc: alij qui forsan dicerent virtutẽ esse finẽ vite ciuilis: ad hoc excludendũ dicit ꝙ felicitas nõ est cõis vigilanti ꝛ dormienti cũ cõsistat in operatione: virtus eñ põt eẽ in dormiente ꝛ nõ in opante: virt⁹ ꝗ nõ est finis vite ciuilis: sed vsus seu operatio virtutis. De hac ꝛ de vita contẽplatiua diceť in sequentib⁹. ¶ Ulteri⁹ probat arist. ꝙ felicitas nõ sit in diuitijs: qꝛ felicitas cũ sit bonũ pꝑ se nõ querit alteri⁹ gratia. Diuitie aũt ꝗ sunt bonũ vtile queruntur propter aliud: vt proptẽ vite necessitatem vel voluptatem: ergo in his non consistit felicitas. ¶ Item felicitas non cõsistit in corporali voluptate que desiderat propter se: ꝗ a fortiori nec in diuitijs que sepe queruntť pꝑ voluptatẽ. ¶ Consequenter aristo. improbat opinionem platonis. Circa qꝺ notandum ꝙ platonici posuerunt felicitatem consistere in quodam p se bono qꝺ est ydea omniũ bonorum cui⁹ participatione omnia alia sunt bona: hanc autem opinionem improbat arist. qꝛ ꝙ de moralib⁹ agens videbat nõ moraliter age-

re magistrū suū platonē impugnādo: iō se excusat de veritatē eē pferendā humane familiaritati. vñ dicit q ambob9. s. veritate z platone existētib9 amicis sanctum est. i. virtuosum z iustū pbonorare veritatē. ¶ Arguit igit ar. cōtra platonem pluribus rōnib9 quarū vna est talis: quorūcunq vna est ydea cōis eoꝝ est vnū pdicamentū cōe: sꝫ bonoꝝ nō est vnū cōe pdicamentū: g nec vna cōis ydea: maior pꝫ q plato ponebat ydeas i spēb9 athomis q scꝫ pdicant de solis idiuiduis. Illa aūt q sunt vnū specie: nō sūt in diuersis pdicamentꝫ. vñ dicebat ydeam hoīs esse substantiā sepatā a motu z accidentib9 p accñs nihil habentē in spē nisi naturā specificā quā dicit esse hominē p se: z sic de ydea equi asini z aliarū specierū vt dictū est septimo metaphisice: minor dꝫ de qlibet pdicamēto z de qlibet ente: pbat q bonū cū sit conuertibile cū ente vt de9 dꝫ bon9 z substantia bona: z virtutes q sunt qlitates bone: z sic de reb9 aliorū pdicamentoꝝ: pꝫ g q nō oīm bonoꝝ est vnū pdicamētū cōe. Itē arguit sic: quorū est vna ratio specifica est vna cōis ydea: sed boni z p se boni est vna rō specifica sicut hoīs z p se hoīs: ergo boni z p se boni erit vna ydea que dꝫ p se bona. Silr arguit q illis duob9 p se bonis est vna rō cōis z p cōñs tertia ydea: z sup illas similiter inducā quartā: z sic in infinitis. ¶ Et si diceret q bonū z p se bonum nō sunt vnius specifice rōnis: quia vnū est ppetuū reliquū aūt non. ¶ Cōtra hoc dicit: q hoc non tollit vnitatem rōnis q albedo vnius anni nō est magꝫ albedo in specie albedinis q albedo vnius diei: z ideo duratio non variat spēm. ¶ Dicit vlterius arist. q pbabili9 dixerunt pithagorici ponentes vnū summū bonū in coordinatione z in nūero maiorum minorū q platonici q posuerūt illud summū bonū cōe z ptic patiōꝫ in oībus bonis. ¶ Ad euidētiā pdictorū notādū q si plato posuerit ydeas esse qditates rerū p se existentiū: ipsisq cōes cōmunitate seu vlitate predicationis: vt ei imponit male posuit. Si vo posuerit in esse diuina: vt Aug9. tūc nō esset impugnand9. ¶ Unde sicut forme artificiales habent duplex esse scꝫ vnū in actu fm q sunt in materia: z alterū in potentia actiua: fm qd sūt in mente artificis. sic forme naturales habent duplex esse. scꝫ vnū in proprio genere: z alterū in primo motore: cum em oīa operet nō naturali necessitate: sꝫ libera volūtate optet q habeat apud se formas exēplares omniū operandorū que dicunt ydee ab ydos qd est forma: sunt nanq forme exemplares z rationes seu quiditates rerū incōmutabiles: Hee aūt ydee lꝫ sint plures fm ratione sunt tñ vna fm rem. Nempe ydea per quā deus omnia creata cognoscit z operat nihil aliō est q diuina essentia inquantū est exemplar rerum forma que q eminēter cōtinet omnes res est rō ipsas cognoscendi ad cui9 imitationē non vniformē sed multiformem pducuntur omnia subsistentia. deus nanq est causa finalis efficiens z exemplaris omniū cui9 pfectionem simplicem imitant creature ex sua imperfectione fm modū differētē z impfectū. Quedam em fm esse solū vt lapides: alie fm esse z viuere: vt arbores z bruta: alie fm intelligere vt rōnales creature: ipsa ergo diuina essentia accepta ab intellectu suo vt exemplar eternū diuersarū rerꝫ pducendarū fm diuersum imitationis gradum q9uis sit vna fm esse tñ aliquādo dicit plures ydee propter pluralitatē illoꝝ quoꝝ est similitudo seu exēplar Vñ licet ratio eterna qua conditus est homo et qua conditus est equus sit vna fm rem: est tamen alia z alia fm rōnem iuxta varietatem quiditatū cognitarꝫ Vñ ipe quiditates rerū habētes esse cognitū dicunt ydee: vt lapis cognit9 pōt dici ydea lapidis fm sco. 35. dist. 1. snīarū. ¶ Ad propositū itaq reuertendum si plato ponens felicitatem consistere in quodā per se bono qd est ydea oīm bonorum cuius participatiōe omnia alia sunt bona intelligat p illud p se bonum

ipam diuinā essentiā q̄ est essentialit̄ bo
na q̄ est ydea z exemplar omnis boni: q̄
quidē est cōis seu vlis nō in predicādo:
sed in causando: qz vi ʒ om̄e ens z om̄e
bonū eminenter z virtualiter cōtinēt cu
ius pticipatione omnia alia sunt bona:
nō quidē sicut indiuidua q̄ pticipāt na/
turā specificam: sed sicut effect⁹ pticipat
suā cām ipam imitando z pfectiones in
ipsa eminenter cōtentas ptialiter seu im
perfecte recipiēdo. Si sic intelligat vtiq̄
q bene dicit z conformiter dictis theo/
logorū. In visione nanq z fruitione ip
sius diuine essentie cōsistit felicitas ho/
minis naturalis naturale accipiēdo nō
p naturaliter attingibili: sʒ p illo ad qd
adipiscendū natura ipm ordinat ¶ Q,
aūt sic intellexerit plato videtur sentire
Aug. vn in pncipio. x. de ciuitate dei sic
ait. Elegim⁹ eni platonicos oim phoꝝ
merito nobilissimos ꝑpterea qz sapere
potuerūt in mortalē ac rōnalem vl intel
lectualē hois animā nisi pticipato lumi
ne ipsius dei a quo z ipa z mund⁹ fact⁹ ē
beatā esse non posse: ita illud qd oēs ho/
mines appetūt. i. vitā beatā q̄q̄ isti asse
cuturū negant q̄ nō vni illi optimo q̄ est
immutabilis de⁹ puritate casti amoris
adheserit. Item. x. de ciui. hec itaq cau
sa est cur istos ceteris pferam⁹ qz cū alij
phi ingenia sua cōtinuerint in requiren
dis rerum causis: z quisnā est mod⁹ do/
cendi atq viuendi. Isti deo cognito re/
pererunt vbi esset z causa cōstitute vni/
uersitatꝫ z lux pcipiende veritatꝫ z fons
bibende felicitatis.

Caplm. IIII.

Ursus redeam⁹

r ¶ Postq̄ arist. improbauit
varias opiniones de bono
humano qd dr felicitas. Hic pñter tra/
ctat de ipsa determinatiue inqrendo p̄/
mo felicitatis descriptionē. Circa qd p̄/
mittit q bonū appetibile est triplex. qd/
dam eni est appetibile ꝑpter aliud vt di
uitie. quoddā aūt est appetibile ppt se z
ꝑpter aliud vt voluptates: honores et
ṽtutes: que lʒ ppt se possint appeti: pos/
sunt z appeti ꝑpter aliud: talia nāq ap
petim⁹ ꝑpter felicitatē existimantes per
ipsa fieri felices. quoddā ṽo est appetibi
le ꝑpter se tm̄ vt felicitas q̄ est finale bo
num hois: cum nō ordinet ad aliud quā
tum est de se: sed alia ad ipm. Ex quo pa
tet q est bonū sufficiens excludens indi
gentiā z bonū pfectū excludens impfe/
ctionē quo cōplete habito bn̄ est habēti
¶ His p̄missis rūdit aris. q felicitas cō
sistit in opatione hois inquantū homo.
Et arguit sic: sicut statuificus z quilibʒ
artifex vt talis artifex se habet ad suuʒ
finale bonū: sic homo vt hō se hʒ ad suū
sed finale bonū cuiuslibet artificꝫ inq̄n
tum hmōi est in opatione sibi ꝑpria: er/
go felicitas q̄ est finale bonū hois erit in
opatione hois inquantū homo. Q, au
tē homo inquantū hō habeat opatiōeʒ
sibi ꝑpriā pbat arguendo p locū a mio/
ri ad mai⁹: qz textor et coriari⁹ z alij ar/
tifices qm̄ opant̄ fm artem habent ope
rationes ꝑprias inquantū sunt tales ar
tifices: g̃ homo inquantū hō q̄ opat̄ fm
naturā habebit ꝑpriam operationē al's
homo esset anial ociosum in natura qd
dicere est inconueniens ¶ Itē arguit sic
singule ptes hois habent opatiōes sibi
ꝑprias vt ocul⁹ videre zc. ergo hō vt hō
habebit suā ꝑpriā opationē. Hec autē
opatio nō est fm ptem vegetatiuā qz il/
la etiā cōuenit plantis. nec fm ptem sen
sitiuā: qz illa couenit animalibꝫ brutis:
erit igit̄ fm ptem anie rōnalē. Dicit̄ aūt
rōnale dupliciter vno mō de habente pn/
cipaliter rōem cuiusmodi est intellect⁹.
Alio mō de illo qd est bene psuasibile p
rōnem: cuiusmodi est voluntas qui p in
tellectū dirigit̄. Felicitas igit̄ q̄ est bonū
humanū cōsistit in ꝑpria opatione hois
q̄ est fm ptem aie rationalē q̄ est opatio
hois vt homo: cū aūt sit eadē opatio ho
minis vt hō z studiosi seu virtuosi hois
Felicitas que est opatio hominis: vt hō
erit operatio fm virtutem: qz ṽo felici/
tas est optimū bonū humanū illa ope/

ratio in qua consistit erit sm optimā vir
tutem: que aūt sit illa operatio declara/
bitur in .x. vbi de felicitate tractabit in
speciali distinguendo inter politicam z
contemplatiuā felicitatē: hic aūt de ipa
agit in cōmuni. ¶ Rursus dicit arist. ꝙ
talis opatio in qua cōsistit felicitas de/
bet esse ꝑfecta z cōtinuari ꝓ magna par/
te vite. qđ ꝓbat: q2 sicut vna hyrūdo nō
facit ver: sic nec hominē felicē facit vna
dies. ¶ Sed contra predicta arguitur
q2 arist. in ꝑcedentibꝫ arguendo contra
platonem dicit ꝙ diuturnitas non vari
at rationē boni: q2 albedo vnius anni nō
est magis albedo ꝙ̄ albedo vnius diei:
hic aūt dicit ꝙ diuturnitas includit i fe/
licitate que est optimū bonū. R n̄đ. ꝙ ꝑ
fectio summa pōt intelligi dupliciť: vel
intensiue vel extensiue. Si felicitas igi/
tur sumat ꝓ ꝑfectione intensiue solū: sic
nō includit diuturnitatem. Si ꝓ'o su/
mat pro perfectione intensiue z extensi/
ue sumpta sic ipsam includit. Unde li
cet albedo vnius anni non sit ꝑfectior al/
bedine intensiue vnius diei: est tamē ꝑfe
ctior extensiue z sic intelligit dictū aris.
in secundo topicoꝝ. Qđ bonū quanto
diuturnius tanto melius. Sꝫ contra h
occurrit aliud dubiū: q2 ex hoc videt se/
qui ꝙ felicitas non cōsistat in operatio/
ne virtutis: sed in habitu ꝟtuoso: cū ha/
bitus sit diuturnior. Respondet ꝙ con
siderationes phi in libro topicoꝝ nō te
nent in illis que plures habent drn̄tias
sed in his que solū vnam habent drn̄am
quā cōsiderat. Unde ꝑmo topicoꝝ di/
cit ꝙ non cōsiderat in multis distantibus
bonū: ergo quanto diuturnius bonum
tanto melius: verū est ceteris paribus. In
ꝓposito autem cetera nō sunt paria: q2
habitus z actus non tantum differūt ꝑ
permanentius vel diuturnius z minus di
uturnum. Hec sm Scotum disti. 49.
quarti sententiarū. Ex predictis ꝑz de
scriptio felicitatis scꝫ ꝙ felicitas est ope
ratio hominis sm optimā virtutē in vi
ta perfecta. ¶ Consequenter declarat
aristo. descriptionem felicitatis bñ assi/
gnatam ex eo ꝙ cum ipsa aliqualiter cō
sonant ea que dicta sunt ab alijs de feli
citate quod est signum z probabile ar/
gumentum ꝙ ipsa sit bene assignata.
¶ Circa qđ premittit ꝙ bonoꝝ quedā
sunt bona interiora: z horum quedā sūt
bona anime vt scientie z virtutes: que/
dam sunt bona corporis: vt sanitas vel
pulchritudo. Alia aūt sunt bona exte/
riora sicut diuitie z honores cū ista diffi
nitione itaꝗ data cōueniunt ea que a sa
pientibꝫ dicunt: ponentibꝫ felicitatē con
sistere in bonis anime q̄ sunt principalis
sima bona. Hoc patet: q2 opatiōes ani/
me in quibus consistit felicitas vt dictū
est ad anime bona pertinent. Huic etiā
sententie concordat ꝙ omnes cōmuniter
dicūt ꝙ bene viuere est esse felicem: q2 fe
re nihil aliud esse videt vita bona ꝙ̄ bo
na operatio. Cum predicta etiam diffi/
nitione conueniunt illi qui posuerunt fe
licitatem esse virtutem. q2 operatio sm
virtutem est aliquid pertinens ad virtu
tem. Uerūtamen melius dicit ꝙ sit ope
ratio sm virtutem: sicut enim melior est
vsus possessionis ꝙ̄ ipa possessio: ita me
lior est vsus seu operatio sm virtutē ꝙ̄
ipsa virtus: per hanc nanꝗ premiū acq/
ritur. ¶ Et ponit aristot. exemplum: q2
agonisantes in olimpiadibus coronant
non autem non agonisantes licet sint vi
ri fortissimi: sic z virtute vtentes prefe/
runtur virtutē habentibꝫ z non ea vten
tibus. ¶ Circa quod notandū ꝙ olim/
pia dicitur ab olimpo monte qui est gre
cia. Et dicit ab oloy quod est totum: z e.
phos quod est lux vel ignis: quasi totus
lucidus vel igneus. Unde et celum ali/
quando dicit olimpus iuxta illius mon
tis celsitudinem. In illo autē monte an
tiquitus a quinquennio in quinquenni
um fiebant celebritates solennes z ludi
exercitatiui humanarū viriū z vocabā/
tur olimpiades in quibus victores pre/
miabant. Ab his igit philosophus tra/
xit exemplum. ¶ Fuerunt etiam aliqui
dicentes ꝙ felicitas est virtus cum dele
ctatione qui etiam cum vera diffinitio/

ne concordant: qr vnicuiqz est delectabi le illd quod diligit. Cũ ergo virtuosus diligat opera virtuosa sequif q opera/ tio virtuosa sit sibi delectabilis: que qui dem delectatio potior est aliis delectati onib9 quia est magis naturalis cum sit partis rationalis q est nobilior pars ho minis p quã constituif homo in specie. Unde virtuosus nõ indiget extrinseca voluptate cũ habeat delectationem in/ trinsecam in operatiõe virtutis q̃ ē plu/ rimum delectabilis pulchra z bona: qđ patet maxime p iudicium sapiētis z vir tuosi viri: qui operationes virtuosas iu dicat esse maxime delectabiles. ¶ Ubi notandũ q l3 voluptates carnales sint magis impetuose propter passiones ab obiectis sensibilib9 illatas sensibus z in clinationem appetitus sensitiui. Spiri/ tuales tamē sunt delectabiliores l3 mũ/ dani carnalibus dediti oppositum iudi cant: sed iudiciũ ipsorũ est falsum: quia fm Augustinũ. Acetum delectationis carnalis quo sunt repleti non sinit mel suauitatẽ spiritualis degustare. Unde ait apostolus. Animalis homo non per cipit ea que dei sunt. Per oppositũ aũt veraciter iudicãt homines virtuosi qui habent rectum sensum circa operatões virtuosas. Unde ait psalmista. Quã dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Judicio igitur virtuosorũ qui sunt experti delicias spirituales cre dendum est. ¶ Consequenter declarat aristo. quomodo cum predicta diffiniti one conueniunt illi qui ponunt felicita tem diuitias l3 nanqz felicitas non pñ/ cipaliter consistat in ipsis sed in operati one virtutis secundario tamen ipis in/ diget. ¶ Pro quo notandũ q exteriora bona que dicuntur bona fortune aliter requiruntur ad felicitatem politicã ali/ ter ad contemplatiuam. Ad felicitatez nanqz vite contemplatiue talia non re/ quiruntur vltra necessariam sustentati/ onem vite: immo prosperitas tempora/ lis contemplationi prestat impedimen/ tũ. Hinc est q phi diuitias z mũdi blã dicias contemnebant vt philosophie va carent. Talia tamen faciũt ad quendã ornatum z pulchritudinez politice vite actiue. vnde reddif homo ciuiliter viuēs contemptibilis in oculis aliorum si sit pauper ignobilis aut si pessimos filios aut amicos habet.

De causa felicitatis Capitulũ. V.

Hde et querif.

I Hic cõsequenter inquirit arist. vñ causetur in nobis felicitas: an vic3 pueniat a causa diuina an humana vel a casu et fortuna. Ad qđ dicit si est aliqđ deorũ donũ hoib9 rõnabile est illud eē felicita/ tem cum felicitas sit summũ omniũ bo/ norum humanorũ. Si aũt felicitas nõ sit donum a deo missum: sed proueniat ab homine per studiu3 z exercitium vir tutis: nihilominus videtur esse aliqđ di uinissimũ cum sit premiũ z finis virtutẽ ¶ Circa quod notandu3 q nõ dicif ali/ quid diuinum solum qr immediate fit a deo: sed quasi nos deo assimilat in quo est excellentia sanctitatis. Per virtutes aũt in quarũ opatione cõsistit felicitas deo assimilamur. Loquif aũt dubie ari stot. fm Scotũ in plogo pmi sniaɀ: qr naturali rõne ad veram felicitatē natu/ re humane non potuit pertingere. Per hanc nanqz tantũ puenit ad noticiã feli citatis naturalis que habef in hac vita que cõsistit in operatione virtutis z spe culatione veritatis: que quidē est a deo principaliter z secundario ab hoĩe: esse aũt aliquã felicitatē ratiõe naturali nõ conclusit. ¶ Licet aũt arist. dicat ĩ duo/ decimo metaphisice esse vnũ deũ pñci/ pem vniuersi q̃ est virtutis infinite: hic tamen substantias separatas vocat de/ os nõ p virtutis infinitatem s3 p eterne beatitudinis pticipationē. z q̃s qz demo/ nes a q̃busdã dij nũcupenf. fm tñ aug. in. 8. de ci. dei. Platonici ponentes vnũ

deum summū ceterorum deorum opificē. Appellat deos spiritus celestes eterna beatitudine pfruentes. Demones vero spūs eterne miserie subiugatos: vnde ibi recitat apuleium platonicū dicentem demones esse genere animalia: corpore aerea: mente ronalia: animo passiua: duratiōe eterna. Ipsorum nempe miseria innuit per hoc q animo passiua dicunt. ¶ Declarat vlterius aristo. q felicitas habet esse a causa humana cū p disciplinā z studium possit inesse omnib' non orbatis ad virtutē. i. nō habētib' impedimentū ad operandū opa virtutis: vt p malā cōsuetudinem: vel p nature defectū cuiusmōi sūt naturaliter stulti. Q aūt felicitas nō sit a casu vl' fortuna pbat: q2 cum sit maximū oim virtutū esset valde pnitiosum si a fortuna hoib' adueniret: multomagis nanq alia humana bona esset a fortuna z cessaret studiū humanū circa humana bona exequenda: qd cēt periculosissimū. ¶ Ex predictis infert ari. q nullū irrationale anial pōt esse felix: q2 cum rōe careat nō pōt cōicare in operatione virtutis: nec etiā pueri q2 pp̄ter defectū etatis nōdū habent pfectū vsum rōnis vt possint operari opera virtuosa z si aliqñ dicant boni hoc ē pp̄ter spem future pfectiōis que ex aliquib' indicijs ab eis pcipitur. Ideo nō sunt ptunc felices: q2 felicitas z indiget virtute pfecta z vita pfecta: vt dictum est. ¶ Inquirit vlterius arist. vtrū aliquis sit felix cum viuat? Circa qd dicit solon q felicitas non pōt haberi in hac vita sed solū post mortem: cum hec vita sit multis miserijs z transmutationib' fortune subiecta: sepe nanq accidit vt illi qui exteriorib' bonis abundant incidunt in maximas calamitates. Iste solon leges dedit athenienśibus: z numerat inter septem sapientes ab augustino. xviij. de ciu. dei. ¶ In oppositum vero dicit aristo. q homo pōt esse felix in hac vita non obstantibus infortunijs: quia in his bonis exteriorib' non cōsistit principaliter felicitas: vt dictum est in precedentib'. sed in operatione s'm virtutem que non variat per huius vite infortunia: cum virtutes sint habitus permanentissimi: sunt enim stabiliores scientijs demonstratiuis: cum s'm eas homines cōtinue operent: z hec videtur esse causa vt nō fiat circa ipsas obliuio: sed felix est in virtute perfect': ergo semper poterit operari ea que sunt virtutis: z sic optime fert omnes fortunas z in omnibus se prudenter habebit nec in infortunijs succumbet: z ita faciliter non transmutabitur de felicitate in miseriam: sed erit sicut tetragonus sine vituperio.

Ubi notandū q Tetragonus dicitur corpus cubicluū: qd videlicet habz sex superficies: octo angulos z duodecim latera. tale aūt corpus qualitercunq iaceatur: z super quodcunq latus ceciderit semper fixe stabit: z in eadem altitudine permanebit: sic homo virtuosus nec eleuatur in prosperis nec deijcitur in aduersis: z sic est sine vituperio sicut corpus vndiq quadratum.

¶ Dicit itaq arist. q cum operationes virtuose habeat dominium in felicitate: quia in ipsis principaliter consistit felicitas non sequit propterea q beatus fiat miser propter infortuniam: q2 fortunis sibi datis bene vtetur: sicut pertinet ad coriarium: q s'm data sibi coria faciat calciamenta: z sic de alijs artificib'. Prudenter etiam se habebit circa fortunam filiorum vel quorumcunq amicorum qui conferunt homini z in malū et in bonum. Amicabile nāq est de bono amici gaudere: vel de malo vt de pprio dolere. Huiusmodi autem fortune amicorū aliter conferunt viuis z aliter mortuis: sicut aliter conferunt ea que in tragedijs recitantur z que fiunt in presentia. ¶ Ubi notandum q in theatris in quibus erant loca ludorum recitabant virorum illustrium gesta preclara z eorum preconia z premia: vt ex hoc animētur audientes ad similia: z hec recitatio dicebatur cōmedia. Unde cōmedia di/

citur a comos quod est villa: z odos qđ est cantus quasi cantus villarū. Recitabant etiam hominū gesta mala z turpia z eorum obprobria vt ex hoc animarentur audientes ad canendum talia: z hec recitatā dicit tragedia a tragos grece qđ est hircus latine qz tragedus post tragediam recipiebat hircum p munere officij sui. sicut ergo in tragedijs minus tangebant audientes gesta olim preterita q presentia: sic min9 tangunt mortui q viui ex amicorū fortunis quia illi sunt vt olim preteriti: isti po vt olim presentes. Unde dicit arist. q aliud videntur conferre defunctis bone operatiões z infortunia amicorum non tamen taliter q felices faciant miseros: vl miseros faciant felices: de quo magis habet videri in. 4to sentē. ¶ Ex predictis patet q felicitas naturalit acqsita de qua loquit aristo. potest haberi in hac vita nō obstantibz huius vite infortunijs: nō tamen potest hic adipisci vera z perfecta felicitas omnem penalitatē excludens: que nec etiam potest ratiōe naturali inuestigari sed ad eius noticiaz habendā: supernaturalis illustratio necessaria est. Fuit tamen vera felicitas aliquib9 gentilibus celit9 inspirata: sicut beato iob: sic etiam plato habuit noticiā de verbo dei in eterna generatione humanū intellectum transcendente fm Aug. in octauo libro confessi. Aliqui etiam gentiles temporalem eius incarnationem sancti spiritus instinctu cognouerunt. Unde tempore Constantini fuit repertum cuiusdam gentilis sepulchrum laminā habens auream in qua erat scriptū: christ9 nascetur ex virgine z credo in eum. Sic sibilla eritbrea prenunciauit christū filium dei mundum saluaturū fidelesq et incredulos in carne resumpta iudicaturum fm Augustinū. xviij. de ciui. dei. c. xxiij. Fuit aūt Sibilla circa tēpus regis ezechie regnante romolo qui ciuitatem romanam edificauit. Hoc etiam modo potuit ortum habere phorum opinio: de anime rationalis immortalitate que ratione naturali non potest demonstrari: lz pbabiliter possit persuaderi. Non em omia dicta a phis pbant rōne naturali sed persuasione vel vulgari opinione pcedentium fm Sco. 43. dist. quarti sententiarum. q. 2.

Ca. VI.

Eterminatis āt.

¶ Hic arist. agit de felicitatis dignitate z ei9 dependentia a virtute inquirens vtrum sit bonuz laudabile vel honorabile. ¶ Ad cui9 euidentiā sciendum q laus consistit in solis signis verborum. Honor aūt in quibuscunq signis exterioribus: z sic laus in honore includitur. ¶ Item notandū q laus z honor aliquando sumunt large pro testificatione cuiuscunq excellētie vel exhibitione reuerentie: z sic sepe vnum sumit pro reliquo: z sic laudant z honorantur non tm̄ bona propter aliū: sed etiaz bona propter se. Unde de deo q est summū bonū dic Psalmista. Magnus domin9 z laudabilis nimis. Alio modo sumunt stricte z sic laus est testificatio excellentie in ordine ad aliud: et fit solum in verbis vt di. tum est. ¶ Honor aūt est exhibitio reuerentie in testimonium excellentie absolute: z pōt fieri in verbis z factis vt inclinationib9 munerum oblationibus: imaginū institutionibus z alijs signis. Accipiēdo igitur laudem proprie dicit Arist. q felicitas non est bonum laudabile qđ est bonum propter aliud: Laus est enim virtutis in ordine ad operatiōem: quia per eam sumus operatores bonorum: z hoc tam in virtutibus anime q in virtutib9 corporum: vt aliquis laudatur fm virtutē corporis quia est fortis ad pugnanduz z agilis ad currendum. Cum ergo felicitas sit bonum perfectū propter se non est bonū laudabile sed honorabile seu beatificabile. optimoz em̄ non est laus sed aliquod melius laude: z sic deos dicimus beatos z optimos viros in qbus

est quedam participatio diuinitatis ali quid melius laudis attribuentes eis ¶ Probat etiam q felicitas sit bonum honorabile: q2 est principiū cui⁹ gratia cetera oīa operamur: z sic ē quasi quod/ dam diuinū. Nam deus est principium z causa omnis boni. Honor aūt debit⁹ deo z sanctis distinguit a theologis in latriam: z perduliā z duliam. Latria est honor soli deo debit⁹ actu exteriori vel interiori in p̄stationē sui dominij. yper/ dulia est excellentiua reuerentia exhibi ta creature: z debetur humanitati chri/ sti z purissime matri ei⁹. Dulia ho alqs sanctis. de quo in tertio sniaꝝ. ¶ Dein/ de agit phs de felicitatis depēdētia ad virtutē ostendens q inquirens de felici tate debet p̄scrutari de virtute cum in diffinitione felicitatis ponat virt⁹. Est eñ operatio hominis fm virtutē. vnde ciuilis scientia cuius finis est humana felicitas circa virtutis studium videtur maxime insudare. Intēdit eñ ciues bo nos facere z legibus obedientes: sed cō/ sideratio politice ad presentem scientiā pertinet: quia in hac scia tradunt p2in/ cipia politice. Ex quo patet q cōsidera tio de virtute pertinet ad p̄sentē scien tiam. ¶ Quia ho felicitas est operatio anime inquirendum est de virtute anīe z non de virtute corp9is: z sic inquirēdū est de ipsa anima qd p̄bat arist. a simili q2 sicut medicus oculoꝝ z alioꝝ mem/ broꝝ corporis habet agnoscere de cor/ pore: sic ista scientia tanq̄ medicina ani ma. Si ho in hac scia considerat de ani me habet p̄siderare de anima p̄pter vir tutes est tantū de ipsa considerandū in quantū sufficit ad beatitudinē z ad vir tutes. Amplior aūt consideratio ei⁹ spe ctat magis ad naturalē phm. ¶ Dicit ergo aristo. q quedam pars seu partia/ lis perfectio anime est rationalis z que/ dam irrationalis. Irrōnalis aūt est du plex: quedam enim nullo modo partici/ pat rationem sicut plantatiua vel vege/ tatiua que inuenit in plantis z in embri onibus: z in omnibus que nutriuntur. Cum autem hec sit cōmunis hominib9 z brutis z plantis ideo non est humana ¶ Ad euidentiam predictoꝝ fm alexan drum de hal. in prima pte secundi sentē tiarū. q embrio non habet animaz se in/ formantem: quia tunc in homine essent plures anime: cuius oppositū tenet au/ gustinus in libro de ecclesiastic̄ dogma tibus. Sed dicitur hic anima vegetati/ ua esse in embrione: quia habet animaz operantē aliquo modo in ipso. i. operatio nem anime. In decisione enim seminis a generante delinquitur virtus in semi ne que inualescit z vigoratur a virtute corporis animati ipsam continent per quā fiunt in eo operationes vegetatiue vt alimento vti z augmentari. Unde se men decisum in matrice vertitur in san/ guinem z sanguis in embrionem. Em/ brio autem habet figurā quandā masse carnis que est in p̄pinqua dispositione ad figuras membroꝝ.

Sed contra p̄dicta ar/ guitur sic. Embrio viuit ergo habet ani mam se informantē. Consequentia est nota quia animatū et viuens ad seinui/ cem paria sunt: vt habet in libro de mo/ tu cordis. Probat antecedens per Ari/ stotelem. xvi. de animalibus dicentem: q omne conceptum viuit sicut viuūt ar bores: z vocat conceptum semen relictū in matrice a generante. ¶ Item in libro de motu cordis dicit q eque est viuens z adolescens. ¶ Rñ. ad primū q viuere non sumitur ibi proprie prout viuere di citur illud quod habet animam formaz sui z perfectionem. Si ho embrio sic vi ueret: tunc esset corpus animatū: z p cō/ sequens esset planta vel animal quod est falsum. Sed potest dici viuere extenso nomine vite ex influentia quam recipit a corpore continente viuificato ab ani/ ma se informante. Eo modo possunt po ma dici viuere ex influentia quam reci/ piunt a planta cui contigua sunt que vi uificatur ab anima vegetatiua. ¶ Ad se cundum dicitur q embrio aliquādo no

mine extenso dicitur fetus formatus et
organisatꝰ et hoc modo eque est viuens
embrio ⁊ adolescens.

Declarat vlteriꝰ aristo
teles quō ipsa anima vegetatiua cuius
potentia sunt nutritiua augmentatiua
⁊ generatiua non est humana: ⁊ hoc sic:
fm operationē illiꝰ quod dicitur huma
num homo dicit̄ bonus vel malus: felix
vel miser: sed fm operatiōem nutritiue
homo non dicit̄ talis quia tunc hō esset
maxime in somno talis in quo potentia
nutritiua exercet maxime operationē.
In somno aūt homo nō dicit̄ felix. Un/
de cōmuniter dicit̄ ꝙ felices nō differūt
a miseris fm dimidiū vite sue siue scd̄m
somnū. In somno nanqꝫ quiescit a sua
operatione illa pars anime fm quā ho/
mo dicit̄ bonus vel malus. Contingit
tamen per accidens ꝙ bonus ⁊ malꝰ in
somno differunt ꝓpter differentiā que
fuit in vigilando inquantum videlicet
quidē motus vigilantium ꝑtranseunt
ad dormientes. Ea enī que homo cogi/
tat vigilādo sepe occurrūt fantasie dor/
mientis. ⁊ ideo dicit aristote. ꝙ meliora
sunt fantasmata studiosorū seu virtuo/
sorū ꝙ̄ quorumlibet aliorū. ¶ Ad eui/
dentiā predictorū notandum ꝙ ꝑ statu
isto est connexio intellectꝰ cum virtute
fantastica ita ꝙ intellectus nō pōt suā
operationē exercere nisi fantasia cōcur/
rat fantasiando seu imaginando. Hinc
est ꝙ leso vel impedito organo fantasie
vt patet in freneticis: intellectus impe/
dit̄ a sua operatione. Quia igit̄ in som
nis virtutes sensitiue interiores sūt im/
pedite ꝓpter fumositatem ciborū ascen
dentium ad cerebrum virtute calorꝫ ip
sos in stomacho decoquentis. Ideo in/
tellectꝰ tunc non pōt recte decernere q̄re
nec meretur nec demeretur homo ex his
que accidunt in somnis: sꝫ consensus vo
luntatis precedens vl̄ subsequens som/
num imputat̄ ad meritū vel demeritū.
Sepe tn̄ ea que accidūt in somnis sunt
seq̄uele eorum que in vigilia precesserūt
quia igit̄ hec pars anime est expers hu/
mane virtutis quō sit ꝓpria hois est ad
presens relinquenda. ¶ Notandū ꝙ in
somno nedum ligant̄ sensus interiores:
sed etiā exteriores. cuiꝰ causa est: qz va/
pores ꝑ calorē cordis ad cerebrū eleua/
ti ꝓpter frigiditatē cerebri ingrossant̄ ⁊
descendunt: in quo descensu obstruunt
vias ⁊ meatus venarū per quas spiritꝰ
sensitiui a sensu cōmuni tāqꝫ a fonte de
riuant̄ ad sensus exteriores. In somno
aūt cōtingunt somnia nō tm̄ conformia
dispositioni anime sicut studiosus som/
niat studiosa sed etiā cōplexioni corpo
ris: vt flegmatici somniant de aquis vel
fluuijs. Colerici de igne Sanguinei de
aere: vt ꝙ volāt vel aliquid simile agāt.
Melancolici ꝓ de terra. Accidūt etiā
quandoqꝫ somnia ministeria angelorū
seu illusione demonū. Somniamꝰ etiā
nō solū illa que sperāmꝰ vel operamur
in vigilia p̄cedenti: sed etiam illa que lō
go tempore non occurrerunt nostre co/
gitationi. cuius rō est: qz species talium
vel cōsimiliū reseruant̄ in fantasia: ⁊ iō
sensus cōmunis q̄ habet iudicare de ob
iectis sensuum particulariū cuiꝰ vsus li
gatur in somno iudicat de fantasmate
sibi p̄sentato ꝙ sit res cuiꝰ est fantasma.
¶ Dicit consequēter arist. ꝙ est alia ps
anime que lꝫ sit irrationalis est tn̄ aliq̄li
ter particeps rationis. hec aūt pars ani
me est appetitꝰ sensitiuus: ⁊ ꝙ hec pars
irrationalis sit in homine declarat ari/
stoteles ex conuenientia ⁊ differentia cō
tinentis ⁊ incontinentis. Conueniūt eī
in hoc ꝙ vterqꝫ habet rōnem laudabilē
In vtroqꝫ etiam est appetitus qui con/
trariatur rōni scilꝫ appetitus sensitiuꝰ.
¶ Differunt autē quia incontinens vin
citur huiusmodi appetitum sequendo
passione desiderij ⁊ concupiscentie adue
niente. Non autem continens: quia ap/
petitus sensitiuus continētis obedit ra
tioni: ⁊ ideo licꝫ sit de se irrationalis. di
cit̄ tamen aliqualiter cōmunicans in ra
tione. Exemplū huius ponit aristot. in
corporibꝫ. sicut enī videmꝰ ꝙ particule

corporis dissolute ex infirmitate vel ebrietate in hominibus eligentes ipsas moueread dexteram sepe feruntur ad sinistrā Sicut nanque ebrij contra electionē voluntatis crucem faciunt de tibijs. Ita licet ratio incontinentis preeligeret abstinendum. Uerumtamen passione appetitus sensitiui fertur in oppositum.
¶ Licet autē hec pars seu potentia anime obediat rationi ɔtinentis: est tamen magis subiecta in homine sobrio z temperato propter maiorem asuefactionē in operibus virtuosis. ¶ Ex predictis infert philosophus q irrationale videtur esse duplex. Quoddam nullo modo in ratione participans vel communicans: puta planta: z sic de alijs. Alterum aūt in ratione participans: vt concupiscibile: z vniuersaliter omne appetibile siue sit appetitus sensitiuus: siue appetitus intellectiu9 que dicit participare rationem scdm quod est exaudibilis vel obedientiabilis rationi suadenti: deprecanti z increpanti ad modum patris z amicorum admonentium.

Dicit consequenter q

si vellemus illam pticulam que aliqualiter participat rōnem dicere rōnalem: tunc rationale erit simplex: Quoddaz enim habens rōem principaliter siue in seipso quod dicitur rationale per essentiam. Aliud autē sicut exaudibile z persuasibile a ratione quod dicitur rationale per participationē: z fm hanc differentiam sumitur distinctio virtutis: qz quedam sunt intellectuales: vt sapiētia intellectus z prudentia. Alie autem morales: vt sobrietas z liberalitas.
¶ Ex ista littera mouentur quidaz ad ponendum virtutes morales in appetitu sensitiuo eo q diuidit philosoph9 virtutes morales ab intellectualibus scdm diuisionem partis rationalis per essentiam z rationalis per participationem: que pars dicitur appetitus sensitiuus: Quia sicut virtutes intellectuales sūt in intellectu: sic morales sunt in illo appetitu que est ob ē dientiabilis rationi. ¶ Item ad hoc adducitur commentator qui hunc passum exponens seu declarans dicit q sunt in eo quod est medium inter partem plantatiuā z rationalem: z talis non est voluntas. ¶ Itez alia ratione: quia in eodem sunt virtutes moderantes z passiones moderate: sed passiones sunt in appetitu sensitiuo ergo z virtutes ipsarum moderantes.
¶ Hanc opinionem impugnat doctor subtilis Scotus. 33. distin. tertij sententiarum ponens virtutes morales in voluntate. Quod probat sic. Uirtus est habitus electiuus: secundo huius. Electio autem est actus partis rationalis seu appetitus intellectiu9 ex sexto hui9 sed habitus cū potentie illi9 cui9 est per se illius operatio: igitur habitus moralis per se est ipsi9 voluntatis. Confirmatur quia cum habit9 moralis pficiat habentem z ipsum reddat facilē ad rōnem meritoriam debet poni in illa potentia que est principium actus meritorij cui9 est voluntas.

Ad argumentum. Ad

primū dico q. p. nō distinguit virtutes morales ab intellectualibus fm distinctionem intellect9 z appetitus sensitiui cum iusticia fm ipm in qnto libro ethicorū: nec sit in intellectu nec in appetitu sensitiuo ¶ Item inquirens rōnes felicitatis in precedētib9 excludit partem sensitiuam: quia in ista non est operatio hominis fm q homo que est operatio fm virtutes morales.

Alteri9 diuidit partē rationalē

in intellectum z psuasibile a ratione cui9 est volūtas. Distinguit ergo phus in pposito virtutes morales ab intellectualib9 fm diuisionem intellectus z appetitus vlr sumptis. hoc pz ex littera pcedenti vbi dicit q est quoddā irrationale in rōne cōicans vt cōcupiscibile z vniuersaliter omne appetibile q aliqualiter participat rōnem fm qd est ei exaudibile vel obediētiabile. Nō sequi

tur igitur ex textu philosophi q virtutes morales in appetitu sensitiuo. ¶ Notandū est autē circa pdicta q phs aliquando accipit psuasibile per rationē seu obedientiabile rationi pro voluntate. Aliquādo p appetitu sensitiuo: volūtas tamen que est libera magis, pprie pōt dici psuasibilis a ratiōe. Appetitus vero sensitiuus: quia nō est liber nō est, pprie per suasibilis: sed obedientialis: quia subditur imperio voluntatis que est rationalis per essentiā: nō autē appetitus sensitiuus: sed per participationē tm̄. Sicut autē obedientiale rationi sumit dupliciter: sic rationale per essentiam. Uno modo stricte z pmo: z sic cōpetit soluz intellectui qui intelligit et ratiocinat. Alio modo nō pmo sed large: z sic cōpetit voluntati: que licet sit rationalis per participationē in q̄tum est psuasibilis z dirigibilis ab intellectu: dicit tamen esse rationalis p essentiā in q̄tū imparat intellectui. Uñ potest intellectū conuertere vt cōferat de hac materia vel de illa. Dicitur etiā rationalis p essentiā: quia nunq̄ inuenit sine ratiōe: nō sic de appetitu sensitiuo qui est etiā in brutis ratione carentibus: z ideo est tm̄ rationalis p participationē. ¶ Ex pdictis patet q volūtas est quoddā mediū inter sensum z intellectum qd aliquādo dicitur ratio aliquando psuasibile a ratōe: z sic mediū nūc nominat ab vno extremo: nūc ab alio. ¶ Ad auctoritatē cōmentatoris dico q in appetitu sensitiuo pōt poni aliquis habit⁹ ad hoc vt delectat moueat ad obediēdū rationi: z iste habit⁹ licet nō sit, pprie virtus: quia nō est habitus electiuus nec inclinans ad electionē: potest tamen cōcedi aliquo modo esse virtus: quia inclinat ad ea que sunt cōsona rationi recte. In parte nāq̄ corporis potest esse virtus et habit⁹ sicut in manu scriptoris z pictoris. Patet sic: manus inexercitata est inhabilis ad cytharisandū: exercitata autē abilis que abilitas poni esse quedā virtus: quia est quedā qualitas abilitās ad opus virtutis. Hoc etiā potest concedi in irrationali: sicut in equo qui est abilitatus ad quosdā actus ad quos ē assuefactus: nō autē inuenit talis abilitas in inanimatis: quia ex cōsuetudine non facilius tendit sursum lapis. Hec autem qualitas minus perfecte habet rationē virtutis q̄ illa que est in voluntate inclinans ad electionē vt dictū est. Et p hoc potest responderi ad omēs auctoritates que adducerent in hac materia. ¶ Ad tertiū dico q nō est necesse virtus moderantes z passiones moderatas esse in eodem: voluntas eñ potest moderare passiones appetitus sensitiui multipliciter. Uno modo referendo illam delectationē ad finem cōsonū rationi recte. Itē imperādo psecutionē vel fugā: fit naq̄ passionis moderatio fugiendo qd natū esset immediate delectari: potest etiā delinquere voluntas ex imperio aliquē habitum in appetitu sensitiuo inclinante appetitū ad ea que sunt consona rationi recte: vt dictū est in pcedentibus.

Explicit liber primus ethicorum.

Incipit liber secūdus ethicorum.

Ca. I.

